

Bibl. Bergm.

№ 104.

Bibl. Bergm.

N^o 104.

Palterium translationis veteris
correctum. Witt. ap. Jo. Lufft. 529.

Prima editio vers. vulg. Palteri
a Luthero correcte.


admodum rara.

Ex hoc ransf. in cuius fronte ante
et post pref. tres paginae p. Me-
lanctonis et M. Lutheri manu
propria scripta sunt, cum eorunden
Anonymique coevi perpetua cor-
rectione atque adnotatione an. 1547
fixita. ex Auct. ver. poorteniana.

Jedani 1794. c. 2 1/2 ff. alb.

Accensior Biblioni Collectio
ni

Justici Bergmann
P. R.



PSAL

TERIVM

Translationis

ueteris

Correctum

Vuittembergae

1529.

ORA & VIGILA.


PRÆFATIO.



ULTI EX VETERIBUS & sanctis patribus, Psalterium præ omnibus reliquis scripturae libris, magnifice commendatum, & mire amare se Psalmos testati sunt. Et profecto commendari meretur omnibus, hic libellus quamvis parvus, nec indigent astiticij laudibus Davidici Psalmi, ipsi abunde commendant sese, & plane hic verum est, quod dicitur, opus celebrat artificem. Meam autem operam huc contuli, non ut instituerem Psalmorum Encomium, qui per sese laudati sunt satis, sed ut de hoc optimo libello uticunq; mecum ostenderem pijs iudiciam. Superioribus annis vidimus infinitos libellos, sed eos valde insulsos & ineptos arcumferri, quibus sub honesto & plausibili titulo (Legendæ enim & exempla inscripti erant sanctorum) aniles nuge & impudentissima mendacia continebantur. Eiusmodi scriptis iuxta stultis ac impijs sic erant referta omnia, ut interim Psalmi, in tenebris neglecti iacerent, ut ne unum quidem Psalmum haberemus commode redditum aut intellectum..

A ij bcr

perenda est. a deo perpetua remissio peccatorum contra perperum, quod malum nobiscum natum.



Insuper me secundum misericordiam tuam servabo testimonia tua sed gratia tua sit solum nobiscum ut testimonia saltem teneamus si eorum omnia alia perdamus.

Toto corde voco exaudi me DOMINE STATUTA tua custodiam. Quandum clamandum assidue alioquin intrabimus in tentacionem & iram quæ sathan non dormit nec

TRU Paamatukogu
1762

187-20622

PRAEFATIO.

ber Davidis canebatur in omnibus templis & ho-
 rarijs precibus, à tot milibus frequentabatur. Ea
 ipsa quamuis frigida tractatione Psalmorum, ali-
 quis tamen odor uitæ oblatuſ est, plerisq; bonæ
 mentis hominibus, & utcunq; ex uerbis illis etiam
 non intellectis, semper aliquid consolationis &
 aurulæ senserunt è Psalmis pij, ueluti ex roseto,
 leniter spirantis, Haud aliter atq; per amenissi-
 mum pratium ingredienti, ei qui ignoret herba-
 rum & florum uim, suavis aliquis odor ad nares
 peruenat. De Psalmis breuiter meam dicam sen-
 tentiam. Equidem nullum puto librum, exem-
 plorum aut historiarum sub cælo esse, qui Psal-
 terio conferri possit. Proinde, si uotis adhuc à
 Deo impetrari deberet, ut omnia quæ in omnibus
 ueris sanctorum historijs, essent optima & sele-
 ctissima, undiq; excerpta & collecta, breuissime
 & aptissime in unum compingerentur libellum,
 hoc quod sic ex optimis, ex ipso flore rerum in
 tota scriptura, à spiritualissimo aliquo & sum-
 mo artifice fingi aut constari posset, hoc haud
 dubie futurum esset tale Davidis Psalterium, aut
 huius Psalterij simillimum. Nam hic inuenies, non
 unius tantum sancti uitam, sed quomodo caput om-
 nium

PRAEFATIO.

nium sanctorum Christus (ille enim in Psalmis
 depictus est) affectus fuerit, quomodo adhuc om-
 nes credentes, rebus tristibus iuxta ac secundis
 affecti sint, quomodo se erga Deum, erga ami-
 cos iuxta ac inimicos gesserint, quomodo se in
 uarijs periculis & afflictionibus, in medio tenta-
 tionum incendio & maximis necessitatibus ha-
 buerint. Ultra autem hoc, quod egregias doctri-
 nas & præcepta pietatis complectitur, uel hoc
 nomine debebat esse nobis charissimum Psalte-
 rium, quod tam manifestas Prophetias, de morte
 & resurrectione Christi continet, quod tam egre-
 gias promissiones de regno Christi, de cursu Euan-
 gelij, de statu totius Ecclesiæ nobis exhibet. Pro-
 inde, iure parua Biblia dixeris Psalterium, in
 quo omnia, quæ in totis Biblijs explicatius tradi-
 ta sunt, mira & iucundissima breuitate, in ele-
 gantissimum Enchiridion coacta sunt. Si Deus ip-
 se è cælo porrigeret libellum, quem diuina uoce
 commendaret, quam esses hunc habiturus in de-
 licijs, quam arrepturus auide. Psalterium, ne du-
 bita, ipse spiritus sanctus, tanquam filioliſ pater,
 formam præscripsit precum, hoc Enchiridion
 ipse suis discipulis concinnauit, collectis exemplis

A iij &

I
Christus
in psalms
depictus.

psalterium
est p.
parua
Biblia

PRAEFATIO.

Et gemitibus et affectibus, quasi multorum milium, quorum solus ipse corda uidet et nouit. Si totam Bibliam igitur legere non posses, En sola lectione Psalterij, non modo pietatis summam, sed et omnia summa, et spiritualissimas experientias habes. Præterea et hæc Psalmore præcipua uirtus est, Cum in reliquis scriptis et historijs, opera tantum et corporalis exercitatio sanctorum describantur, admodum paucas inuenias Historias, quæ sic uerba, uoces, et sermonem (quæ caracter animi est) nobis describant in sanctis. Ibi igitur piarum mentium delitium potest esse Psalterium, ibi adeo iucunda lectio sunt Psalmi, ut ex eis non modo opera sanctorum, sed et singula uerba et uoces, sed et gemitus et colloquia, quibus coram Deo in tentationibus iuxta ac consolationibus usi, sint, cognoscas, sic ut quamuis mortui sint, tibi tamen in Psalmis adhuc uiuant et loquantur. Aliæ igitur Historiole, et exempla sanctorum quæ opera describunt, si Psalterio conferantur, multos nobis sanctos proponunt, et omnia ibi muta sunt. In Psalmis uero, quia uoces sunt in fide orantium, omnia uiuunt, omnia spirant et uiuos nobis alacres, ac fidei affectu

II Omnia
uoces
sanctorum
in psal-
mis.

psal: omnes sanctos nobis
exhibent

PRAEFATIO.

affectu, in medijs etiam afflictionibus erectos exhibent sanctos. Mutum hominem, potius mortuum truncum quam hominem dicas, et nulla re homo à reliquis pecudibus atque sermonis usu discernitur. Figuram hominis, si artificis accedat industria, uel saxum accipit, et reliqua ἀλογο, sic edunt, bibunt, sic etiam sensuum utuntur organis atque nos, ad tolerandos autem labores sunt etiam corpore ualidiori, Sermo solus hominem discernit à belua. Is autem mentis caracter est et speculum. Cum igitur sermonem, uerba et uoces sanctorum describant Psalmi, ipsorum mentem nobis depingunt. Non enim familiares illas et uulgatas uoces sanctorum describunt Psalmi, sed patheticas illas et ardentissimas, ubi magno sermo in ipso paroxismo tentationum, quasi in quadam acerrima lucta Iacob, cor suum non coram amiculo, non coram homine, sed coram Deo suo effuderunt, Psalmi igitur non modo opera et uoces sanctorum, sed ipsum abditißimum cordis ipsorum thesaurum, intimos animi motus, et affectus cordis exprimunt. Vultus et os Davidis quo uarias illas erumnas et pericula, quibus Deus cum exercuit, pertulerit, uidere uelles, Lege

A iij Psal-

Sermo
carecter
animi

III Motus
animi et
affectus
cordis
sanctorum
psalmi
exprimunt

PRAEFATIO.

Psalmos, qui tibi non tantū externum, sed & interiorē illum Dauidem expressius reddunt, quā ipse sese coram, illis uerbis describere potuisset. Quid igitur praeter Psalmis sunt reliquae historiae, quae opuscula tantum et nescio quae miracula sanctorum, decantant? Nondum cor & affectus uideō, etiam si opera & miracula uideam.

Quemadmodum autem longe malle audire Dauidem aut similem sanctum loquentem, quam uidere illius corporalia exercitia, ita adhuc omnium maxime optarim, intimas cogitationes Dauidis & intimum illud certamen fidei cognoscere. Hoc autem prestant Psalmi opulenter, ut ex eis cognoscere possimus, quomodo sancti in tentationibus animati fuerint, quo ardore uerborum animi sui affectus expresserint. Cor enim humanum non aliter habet atque nauicula, in medio mari, quae ex omni parte periculis & uentorum exposita sit ludibrio. Hinc enim animos nostros sollicitudo & metus futuri mali, ueluti subita tempestas exarmat. Illinc pusillanimitas & cordis mestitia, ueluti altis fluctibus nos opprimit. Mox fiducia rerum secundarum, plenis carbasis in cœlum

PRAEFATIO.

lum nos tollit. Rursus securitas bonorum praesentium, praeter spem nauiculam scopulo illidit. Tot igitur huius uitae discrimina, eiusmodi mille pericula, facile nos acuiunt & excitant, facile docent, ex intimis suspirare uisceribus, totum cor effundere, & toto mentis ardore clamare ad caelum. Longe ardentiores querelae sum eorum, qui uere dolent, quam qui animi angustiam simulant tantum. Longe alacrior, exatior, feruentior & uultu & uerbis & toto oris gestu est, is qui ex corde gaudet, quam qui simulate tantum frontem exporrigit. Hinc germanice dicitur, Es geht nicht von hertzen, quando tristes rident, aut leti lachrymas ui exprimunt. Psalmorum uoces ex ueris & uiuis prorumpunt affectibus. Bona autem pars Psalmorum eiusmodi pathetica sunt & ardentissimorum affectuum uerba, omnis generis tentationum & afflictionum. Nusquam inuenies felicius aut significantius expressum gaudentis & exultantis animi affectum, quam Psalmos gratiarum actionis seu Psalmos laudum. Ibi enim in sanctorum corda, haud aliter atque in paradysum aut in apertum caelum licet respicere, quanta ibi uarietate subinde exoriantur ameni.

A 5 illi

PRAEFATIO.

illi flosculi, & micantissima stellula, dulcissimorum erga Deum & illius beneficia affectuum. E contra nusquam inuenies significantioribus uerbis descriptam mentis angustiam, animi dolorem & inuestigatam, quam in Psalmis tentationum seu querelarum, ut Psalm. 6. & similibus. Ibi ipsam mortem, ipsum infernum, uides suis depictum coloribus, ibi omnia uides atra, omnia tristia, conspecta irae diuinae & desperationis. Sic etiam ubi de spe, de timore loquuntur Psalmi, sic suis natiuis uocibus hos affectus describunt, ut nullus Demosthenes, nullus Cicero, hoc expressurus fuerit, uiuidius aut felicius. Nam, ut dixi, hoc praeter ceteris scriptis proprium habent Psalmi, ut sancti eos non in uentum loquuti sint, non ad amiculum, sed coram Deo suo, & ut coram oculis Dei, Hoc enim in primis affectus, acuit & accendit, hoc omnia ossa, omnes medullas ueluti exatit, cum creatura serio, coram Deo suo loquitur. Quando alias amiculo aut homini conquerimur nostras necessitates, non sic ardent, non sic uiuunt, non sic aestuant omnia affectuum impetu. Psalterium igitur quia affectus continet, libellus est, omnibus Christianis, sic accommodabilis, ut quilibet uere pius,
in

PRAEFATIO.

in quacumque sit tentatione, in Psalmis uerba & affectus inueniat, quae ad suas afflictiones non aliter quadrent, quam si hodie, de tuis proprijs afflictionibus haec carmina scripta & condita essent.

Hoc ipsum autem potest magna esse tibi consolatio, Quando Psalmi tibi ualde placent, Exatit uox Quintiliani, Is sciat se profecisse, cui Cicero ualde placet, Hoc forsitan non inepte huc torsero, Is sciat se profecisse in sacris, quem Dauidica carmina ualde consolantur. Quando enim similiter afficeris, quando nerui & fides Psalterij, simili affectu & motu animi tui pulse retinunt, certificaris, te esse in congregatione electorum Dei, cum eundem in modum affligaris quo ipsi afflicti sunt, cum simili fide & affectu ores, quo ipsi orarunt. Incredulo & frigido lectori, insipidi sunt Psalmi. Postremo, Psalmi, pars ea sunt, in uita sanctorum, quam omnium tutissimo imiteris. Alia exempla & Historiae, quibus non uoces & uerba, sed opera tantum sanctorum descripta sunt, multa habent, quae non possumus imitari in sanctis, ut prodigia & uirtutes, Pleraque etiam opera eiusmodi sunt, ut atra periculum graue

PRÆFATIO.

grauē non possis imitari, ut quæ sectas & hereses excitant, & ab unitate spiritus auocant, ut in Mo-
nachatu uidimus. Psalmi autem à sectis auocant,
ad unitatem spiritus, docentq; rebus secundis re-
tinere timorem, aduersis uero spem non abijce-
re, & sic uerum τὸ αὐτὸ φρονεῖν, idem sapere,
& similiter affectum esse cum omnibus sanctis, In
summa, si cernere cupis Christianam ecclesiam,
ueluti in elegantissima tabula depictam, uiuis &
spirantibus coloribus, tum Psalterium accipe in
manum. Hoc enim tibi purissimi spæculi uice fue-
rit, quod tibi representet ueram Ecclesie, imo
si pius sis, etiam tui ipsius imaginem, ut iuxta il-
lud Sapientis γινώθι σε αὐτόν, uere te ipsum
noscas, Imo DEVM & creaturas omnes. Pro-
inde uigilemus, ut hoc nostro seculo, pro hac re-
uelatione uerbi, pro inenarrabili hoc dono Dei
grati simus. Utamur his tantis donis ad gloriam
Dei, & commodum proximi, ne nostræ ingrati-
tudinis graues pœnas demus. Nam, non ita ante
multos annos, durante illa barbarie, quantus the-
saurus fuisset habitus, si uel unū Psalmū habuisse-
mus, bene cognitum aut intellectum, & ne unum
quidem habuimus. Nunc autem beati sumus in
tanta

PRÆFATIO.

tanta opulencia, Et beati oculi, qui uident quæ nos
uidemus, & aures quæ audiunt quæ nos audimus.
Sed quam metuo, ne cum Iudeis in deserto, manna
fastidientes, dicamus, Nauseat anima nostra super
cibo illo leuissimo, Verum, iudiciū suum porta-
bunt uerbi contemptores, quicumq; sunt illi, quæ-
admodum Israelitæ iudiciū horrendum porta-
runt, Nos autem seruet & prouehat in cognitio-
ne uerbi sui, Pater misericordiarum & Deus to-
tius consolationis, per Iesum Christum Do-
minum nostrum, cui Laus & gloria,
pro hoc Psalterio, & omni-
bus donis, quibus ex-
cellenter, ditauit
nos, In se-
cula,
A M E N.

*Alle die Gottselig leben wollen /
müssen verfolgung leiden
Wort Christus selbst spricht
Wer mir folgen will, der neme
sein Kreuz auf sich
act. 14. Wir müssen durch
mancherley trübsal in
Himmelreich gehen.
Ecclesiast. 2. Con, wenn du
Gott dienen willst, so bereue
deine sünde zur ansehung*

PSAL. PRIMVS BEATVS VIR

Vitam quae facunt beatonem
Hae sunt caedite candidi sodales
Agnosce Deum & putare contra
Fortunae violentiam esse vallum
In rebus dubijs opemq; ferre
huc qm se clipeo tuetur Me
Fortunam modo videt minacem
Non armam ubi regine fasces
Non arma Aenea ferreusq; miles
Secura oia comparabat vnq;
Et tanq; virginis veniens in
hybernas hyadas nihil ^{horris} moratur
Semperq; aetna palma venat Me
Nulla frangitur impem malor
Quisquis profert ad patrem
Supremum. p. H. M.

VSVS PSAL

TERM

1. Credens tentatur & tribulatur
2. Tribulatus orat & inuocat
3. Inuocans exauditur & consolatur
4. Consolatus gratias agit & laudat
5. Laudans alios instituit & docet
6. Docens hortatur & promittit
7. Promittens minatur & urget
8. Que credit minanti & pro
mittenti, venio eundem
circulum currit, id est, easde
res geret & experietur

D. M. L.

PSALTERIVM.

I.

Commendat studium
Verbi dei et discernit ve-
ram ecclesiam a falsa



BEATUS VIR QUI NON
abiit in consilio impiorum,
& in uia peccatorum non ste-
tit, & in cathedra pestilentie
non sedit.

Descriptio
veræ ecclesiæ

voluntas
Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege
eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum, quod fructum suum
dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet, & omnia quecumque
faciet prosperabuntur.

Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem
proicit uentus a facie terre.

Antithesis
falsæ ecclesiæ

Ideo non resurgunt impij in iudicio, neque pec-
catores in concilio iustorum.

Id est, non
permanent.

Quoniam nouit Dominus uiam iustorum, &
iter impiorum peribit.

Epithema.

II.

PSALMVS DAVID.

Quare fremuerunt gentes, & populi
meditati sunt inania.

Anorepato huius
m. ab impijs
& ecclesijs



Asciterunt reges terra & principes
conuenerunt in unum, aduersus Dominum
& aduersus Christum eius.

exordium
in quo dicitur
propheta huius

prophetia & consolatio de Regno
Christi propagando in uicis po-
nitionibus aeris

Dirum
Descriptio
Consolatio

uimesis

PSALTERIVM.

Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Zion montem sanctum eius, praedicans pra-

ceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus & percatis de uia iusta.

Cum exarserit in brui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

III.

Psalmus David, cum fugeret a facie Absalom filij sui.

Domine

Applicatio totius psalms

CHRISTUS REX
vbi.
a. x. a. a. t. u.
um nam euan
e. u. y. complectens
serm. exseruio
nomi. formu
personam rex
predicabo de
decreto quod
exhortatio v
nime regem
audiant.
Communi
contu. p
praetos

et ucano & Anolano in aduersitatib.

PSALTERIVM.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt anima mea, non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudivit me de monte sancto suo. Sela

Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumdantis me, exurge Domine saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine caussa, dentes peccatorum contriuisi.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Sela.

III.

In finem in carminibus. Psalmus David.

Quoniam inuocarem exaudivit me Deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, & exaudi orationem meam. Filij hominum usquequo graui corde, ut quid

Et diligitis

Quare graui me esse dicitur
quia affligor

Increpatio & apostrophe ad contemptores uerbi.

filij hominum ex populo
filij uiri a peccatoribus
magistris in praesentibus

Oratio a querela & tristi gemitu

Oratio

precatio & consolatio a suo exple

Exultatio

Antithesis contra priores ueritas.

Oratio a x
non sei
Am. Besy qz
deus ex au

in b. uerbu

Proposita. Non persequarum persecutorum
desiderat ab euangelio secundis reb. impioz
Ecclesiis res vestre sunt ducere: tamen sperare &
expartare luxuriam

Ratio proposi-
tus deus glori-
ficat per afflictione
deseruium
Curat uoluerim.

Id est, quieti
estote.
Id est illa spes
est in xpm sa-
crificium dicit
sacrificia sum
umbra

Anththesis
Ego te. Mi
ostibus suis
Lant amir
Oratio pro ecclie
sua heretate ut
in regamur et
defendamur contra
falsos doctores
Afflictus
orantur

PSALTERIVM.

diligitis ueritatem & queritis mendacium?
Et scitote quoniam mirificauit Dominus san-
ctum suum, Dominus exardiet me cum cla-
mauero ad eum. *Consolatio affligit ut glori-*

fuit
Irasimini & nolite peccare, que dicitis in
cordibus uestris, & in cubilibus uestris
compungimini. *hortatur infirmos ad pacem*

nam.
Sacrificate sacrificium iustitie & sperate in
Domino, multi dicunt quis ostendit nobis
bona? *Em uerus cultus dei*

uim
Signatum est super nos lumen uultus tui Do-
mine, dedisti leticiam in corde meo.

sus
A fructu frumenti uini & olei sui, multipli-
cati sunt. *Fides parit pacem.*

In pace in idipsum, dormiam & requiescam.

solus
Quoniam tu Domine singulariter in spe, con-
stituisti me. *In pace simul cubo & dormio*

V.

In finem pro ea, que hereditatem *Ad grati-*
consequitur. Psalmus David. *mendam.*
pro heredi-
Erba mea auribus percipe Domine, in-
tatio

Vtellige clamorem meum.

Intende uoci orationis mee, rex meus
& Deus meus.

Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies
uocem meam.

Mane

PSALTERIVM.

Mane astabo tibi & uidebo, quoniam non De-
us uolens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; per-
manebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem, per-
des omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur
Dominus. Fego autem in multitudine mise-
ricordie tue.

Introibo in domum tuam, adorabo ad tem-
plum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua, propter ini-
micos meos dirige in conspectu tuo uiam
meam.

Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor
eorum uanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis
suis dolose agebant, iudica illos Deus.

W Decidant a cogitationibus suis, secundum mul-
titudinem impietatum eorum expelle eos, la-
quoniam irritauerunt te Domine.

Et letentur omnes qui sperant in te, in ater-
num exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt no-
men tuum, quoniam tu benedicis iusto.

Domine, ut scuto bone uoluntatis tue coro-
nasti nos.

Consolatio B iij In
promissio auxilij

Describit
imios doctores
quos perit
delere

3
Anththesis
Ily sunt p
doctores.
perit ut p doct
ros et ecclesia
regamur a deo
vera doctrina

Veritas, id est
certitudo,
Vanum, id est
interius le-
dunt plaga ma-
la conscien-
tia.

Repent
descripserunt
per inhos
doctoz quos
peris reprimi
te pios defendi

*Ardens oratio
pro reemissioe peccator*

PSALTERIVM.

VI.

In finem in arminibus pro octaua, octochor
Psalms David.

*T.
propositio
Ne credas
injerum
occiditrem.*

Domine ne in furore tuo arguas me, neq[ue] in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est ualde, & tu Domine usquequo?

Re Conuertere Domine & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

*2
prima ratio
et es miseri
coris.
2da ratio
ut celebreris*

Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

*3.
Repetit mag
in inueteraui
doloris*

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus uocem fletus mei.

*4
Consolatio et
oratio actio
et simul ex
plum propositum
inuari et exam
diri pros.*

Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant ualde uelociter.

In

*Oratio contra sycophantias et hostes
Ecclesiarum et sanctorum.*
PSALTERIVM.

VII.

T. In finem Psalmus David, quem can-
phopphetauit Domino pro uerbis
pben liberari Chus filij Iemini.

*1. Sigaron Inno
anna Dani
irs qua cantu
ut domino
propter ver
ba CHUSA
fily termin*

Domine Deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persecuentibus me & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat neq[ue] qui saluum faciat.

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.

*Latio
Quia
sum
innocens.*

Si reddidi retribucentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

*2
Rationes or
periculum
est prope.*

Persequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.

Concessio

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

*Contra
furores
Et re
tue mibi
indium
que a
comen
dasti*

Exurge Domine Deus meus in precepto quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te.

*3.
Ratio ut col
legatur cele
na dispersa.*

Et propter hanc in altum regredere, Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.

*Iustitia
boni con
sciuntur*

B iij Con

Consolatio

Consumatur PSALTERIVM.

Consummetur nequitia peccatorum, & dirigens iustum scrutans corda & renes Deus.

Comitatio, qua hortatur iustos ad persequendum

Iustum adiutorium meum a Domino, qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies?

Id est, certe minatur quod tidie.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem.

Iniquitatem, id est, uanum & frustraneum opus.

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Absa solit rem effudit eam

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi.

Gratias ago pro liberatione

VIII. Ad premonitionem In finem Psalmus David, dum pro torcularibus.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

I. propositio Ago gratias quod par fecisti in uentri humano.

Quoniam eleuata est magnificentia tua, super caelos.

Gratiarum actio est et uaticinium de liberatione & gloria eterna ecclesiarum

Ex

PSALTERIVM.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam uidebo caelos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quae tu fundasti.

Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum?

Suauiter enim parulatio in ore peccato

Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues uniuersas, insuper & pecora campi.

Volucres caeli & pisces maris, qui perambulauit semitas maris.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Gratiarum actio IX. Ad premonitionem In finem pro occultis filiis, Almutis & exem. Psalmus David, dum pro speciosa iuuenitute.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Letabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.

In conuertendo inimicum meum retrorsum, quod conuertis

B s infirma

Descriptio ecclesiarum
3 Effectus Regni dei uideri eos uisuros

Derelictum cum fecisti a Deo & angelis.
4 Collatio pro semis inferioris summa gloria

5 Descriptio gloriae domini christi & ecclesiarum

1 propositio Gratias ago tibi

2 prima pars

PSALTERIVM.

infirmabuntur & peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes & perijt impius, nomen eorum delesti in eternum, & in seculum seculi.

Inimici defecerunt framea in finem, & civitates destruxisti.

Perijt memoria eorum cum fonitu, & Dominus in eternum permanet.

Paravit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terre in equitate, iudicabit populos in iustitia.

Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti querentes te Domine.

Psallite Domino qui habitat in Zion, annunciate inter gentes studia eius.

Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei Domine, uide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem

omnes

propria annuntiatio

Secundum
8. ano

3. Antithesis
hostes perire
Ecclesia permanet

4. Consolatio
& promissio

5. Adhortatio
ad fidem
& spem

6. Conclusio
per gratiam

7. precatio

PSALTERIVM.

omnes laudationes tuas in portis filie Zion. Exultabo in salutaris tuo, infixa sunt gentes in inferna quem fecerunt.

In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes que obliuiscuntur Deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperis non peribit in finem.

Exurge Domine non confortetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue Domine legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt.

Ut quid Domine recessisti longe, despicias in occultis opportunitatibus in tribulatione?

Cum superbit impius incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue, & iniquus benedicitur.

Exacerbauit Dominum peccator, multitudinem ire sue non queret.

Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt uia illius in omni tempore.

A noxans
Ananus
blasphemia
super bonis
Imanis
sceleribus
Confidens
Seruus.

Falsa Aferuatiu
doctrina spargens
crede de his
Insuperbia

8. Cur
betat inferni

9
Promissio

10
Commano

11
precatio

12
Aument.
Est petitio defensionis aduersus Tyrannos Epunreas & hypocritas ex eorum seruis
hypocritas tyrannorum.

PSALTERIVM.

Confidens Auferuntur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur.

Securus Dixit enim in corde suo, non mouebo, a generatione in generationem sine malo.

Scilicet, Ero sine malo. Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor.

Falsa de mata spergens

Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

Insidia

Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.

Cadet, id est irruet potenter super pauperes.

In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam ne uideat in finem.

Exurge Domine Deus & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.

penno de sensiois

Propter quid irritauit impius Deum? Dixit enim in corde suo, non requiret.

Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas.

Ratio per hominis in manu gloriosas

Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris & maligni, queretur

promissio liberationis

PSALTERIVM.

queretur peccatum illius & non inuenietur.

Dominus regnabit in aeternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

X. Ad exortandum

In finem Psalmus David.

IN Domino confido, quomodo dicitis anima mea, transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quae perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebra eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Repetitio promissio

Consolatio

Contra furoris

aduersarios

Exordium

quo exempla

fidei proponit

Quid aufe

iusus contra

cos? Nihil.

Antithesis

Attamen

domino in

namque per

matia

poena magis

Quia qua enu merant inuixio hostium

Quoniam

Carrelia est de corruptis doctrina & precatio
Deus respicit doctrinam puritatem respicit imperia
PSALTERIVM.

Promissio Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit,
æquitatem vidit vultus eius.

XI. *Ad premeditationem
super octavo choro.*

In finem Psalmus David pro octava.

1.
*Proposito
Respicit
Ecclesia*

S Aluum me fac Domine quoniam defecit
sanctus, quoniam diminuta sunt verita-
tates à filiis hominum.

2
Ratio prima

Vana locuti sunt unusquisq; ad proximum
suum, labia dolosa in corde & corde lo-
cuti sunt.

*Ratio secunda
Quia corru-
puit doctri-
nam.*

Imprecatio
Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, &
linguam magniloquam.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabi-
mus, labia nostra à nobis sunt, quis noster
dominus est?

3.
Promissio

Propter miseriam inopum & gemitum pau-
perum, nunc exurgam dicit Dominus.

*de conserva-
tione verbi*

Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

*Excommu-
nicatio
verbi
de*

Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne
terre, id est, examinatum, probatum terre, purgatum
septuplum.

4.
Promissio

Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à
generatione hac in æternum.

*de p's
de
et
seruamus*

In circuitu impij ambulans, secundum altitu-
dinem tuam multiplicasti filios hominum.

178

Oratio pro liberatione

PSALTERIVM.

XII. *Ad premeditationem*

In finem Psalmus David.

Vsq; quo Domine obliuisceris me in si-
nem, usque quo auertis faciem tuam
à me?

*Oratio
a
querela
differt
anxi*

Quam diu ponam consilia in anima mea, do-
lorem in corde meo per diem?

Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super
me? respice & exaudi me Domine Deus
meus.

2
*Oratio
re
vita
latitia*

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam
in morte, nequando dicat inimicus meus
preualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero,
ego autem in misericordia tua speraui.

3
*Ratio
In gloria
ceris non
inimici
Oratio*

Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo
Domino qui bona tribuit mihi, & psallam
nomini Domini altissimi.

Ad premeditationem XIII. psal. 2.

In finem Psalmus ipsi David.

Dixit insipiens in corde suo, non est
Deus.

*Natura
imbecitas
contritionis
humana
nar.*

Corrupti sunt & abominabiles facti
sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum
non est usq; ad unum.

*Oratio
pro*

Dominus de cælo prospexit super filios ho-

Contro poenitentia Arguit omnes hoies
peccati & non agnoscentib; naturæ pra-
uitatem denunciat poenas prois vero
poenitentis remissionem consolamini

PSALTERIVM.

minum, ut uideat si est intelligens aut re-
quirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt,
non est qui faciat bonum, non est usq; ad
unum.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis
suis dolose agebant, uenenum aspidum sub
labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine ple-
num est, ueloces pedes eorum ad effunden-
dum sanguinem.

Contritio & infelicitas in uijs eorum, &
uiam pacis non cognouerunt, non est timor
Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur ini-
quitatem, qui deuorant plebem meam sicut
esam panis?

Domini non inuocauerunt, illic trepidau-
erunt timore ubi non erat timor.

Quoniam Dominus in generatione iusta est,
consilium inopis confudistis, quoniam Do-
minus spes eius est. *Altera consolatio.*

Quis dabit ex Zion salutare Israel? Cū auer-
terit Dominus captiuitatem plebis suae, ex-
ultabit Iacob & letabitur Israel.

118

propofio

Consuetu-
na
mala

Discernit
impios ab
Ecclesia dei

Consolatio
Dei ad se
p̄ijs

4
propheta
de uenturo
Messia ex
eterno eius
Reyno.

Docet psalmus quae opera placeant deo
et quae sint uera uicina membra Ecclesiae dei
PSALTERIVM.

XIII. *Psalmus David.*

In finem Psalmus David.

Domine quis habitabit in tabernaculo
tuo, aut quis requiescet in monte
sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iu-
sticiam.

Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non
egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, & opprobriū
non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius ma-
lignus, timentes autem Dominum glorifi-
cat.

Qui iurat proximo suo & non decipit, qui
pecuniam suam non dedit ad usuram, &
munera super innocentem non accepit.

Qui facit haec, non mouebitur in aeternum.

XV. *T. Michiam.*

Tituli inscriptio ipsi David. *Aurum dauidis.*
Conserua me Domine, quoniam speraui
in te, dixi Domino, Deus meus es
tu, quoniam bonorum meorum non
eges. *M. sic propter te non est mihi bene.*

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit om-
nes uoluntates meas in eis.

Et admirabilibus, omnis
uoluntas mea in eis.

T. Narratio

Opera grati
et ab alijs

T. fides

et ueritas
uoluntas

uota
bonum

et

opera secun-
da Tabular

Conclusio

propheta
de passione
et resur-
rectione
CHRISTI

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

Mater sue reddidit hunc veronemum
Sed implebitur dolores eorum qm ad alium aut
Non habebit blannina eorum de sanguine. *traver:*
PSALTERIVM

Antithesis
Quia me non so
quidam horu
culms damno
ex pro eis no oro.

Fructus
passionis dñi
frui cum dño
eterna gloria

Prophecia de
Resurrecho
ne Christi
(Imqua)
In hebreo
gloria, Imqua
n. glorifica
mi Deus.

Repetitur
fructus pas
sionis dñi
frui eterna
gloria in hba
et conspectu dei.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea
accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de san-
guinibus, nec memor ero nominum eorum
per labia mea. *Nec assumam nomen eoz per*

Dominus pars hereditatis meae et calicis mei,
tu es qui restituas hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in praeclearis, etenim
hereditas mea praecleara est mihi. *cu con/nhuit*

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectu *mih*
etiam, insuper et usque ad noctem incre-
perunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conspectu meo sem-
per, quoniam a dextris est mihi, ne como-
uear. *Ab o*

Propter hoc letatum est cor meum, et exul-
tauit lingua mea, insuper et caro mea re-
quiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in
inferno, nec dabis sanctum tuum uidere
corruptionem.

Notas mihi fecisti uias uiae, adimplebis me la-
titia cum uultu tuo, delectationes in dex-
tera tua usque in finem. *In perpetuum.*

XVI.

Oratio Davidis

Exaudi

Orat no aberret a vera doctrina et
defendatur contra Tyrannos et impios doctores.
PSALTERIVM.

Exaudi Domine iustitiam meam, intena
de deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, non
in labijs dolosis.

De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi
tui uideant equitatem.

Probasti cor meum et uisitasti nocte, igne me
examinasti, et non est inuenta in me iniqui-
tas.

Vt non loquatur os meum opera hominum,
propter uerba labiorum tuorum ego custo-
diui uias duras.

Sustenta
Perfecerit gressus meos in semitis tuis, ut non mo-
ueantur uestigia mea.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus, in-
clina aurem tuam mihi, et exaudi uerba
mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis
sperantes in te.

A resistentibus dextera tua. Custodi me, ut pu-
pillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me a facie
impiorum, qui me afflixerunt.

Pinguis
Inimici mei animam meam circundederunt,
adipem suum concluderunt, os eorum lo-
cutum est superbiam.

C ij Projicientes

1.
proratio
Exaudi in am
mram causam
conserua me
in puritate
doctrinae.

Maiores sic
Statim ut non
transgrediamur
os meum.
Ab operibus homi-
ni in uerbo labio-
rum, ego obser-
uauit uias latro-
nis.

Altera proca:
Ut Ecclesia de-
fendatur contra
Tyrannos et
impios doctores.
Inimici eorum meorum
qm animam
meam circun-
de serunt.

PSALTERIVM.

Proiicientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad predam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge Domine, praeueni eos & supplantata eos, eripe animam meam ab impio, fra-

meam tuam ab inimicis manus tuae. Domine a paucis de terra diuide eos in uita-

eorum, & de absconditis tuis adimpletus est uenter eorum.

Saturati sunt filii, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Ego autem in iusticia apparebo conspectui tuo, fac labor cum apparuerit gloria tua.

Ad praeui XVII. nendum, psalmus. In finem puero Domini David, qui locutus est Domino uerba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, Et dixit.

Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis mea, & susceptor meus.

Laudans meum. Proposho gratiarum actionis.

in grege. nos tris.

Repetitur pro oratio hebre: 10. horrendu est m' dero m manus

Antiphona Impy pro senha, Eccle sia uerna bona querit & expectat.

ARGV. Gra, actio pro liberatione dauid uero genu typi eadit passionis d'isti & uictoria d'isti, qui libera ms ex morte consumitur CA prt gentim i. Ecce lesia.

PSALTERIVM.

Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Circumdederunt me dolores mortis, & torquentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circumdederunt me, praecipauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui.

Et exaudiuit de templo sancto suo uocem meam, & clamor meus in conspectu eius in-

troiuit in aures eius. Commota est & contremuit terra, fundamen-

ta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, et ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.

Inclinauit caelos & descendit, & aligo sub pedibus eius.

Et ascendit super Cherubim & uolauit, uolauit super pennas uentorum.

Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius in tabernaculum eius, tenebrosa

tabernaculi aqua in nubibus aeris. Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando & carbones ignis.

Et intonuit de caelo Dominus, & altissimus dedit

Numatio qui fuerunt dolores. Imiquitatis & Be 2 ia h m hebre.

Consolatio & exemplum ex audiri & inuari pro

Hypoposus horribilis & allidit & impositum in monte Sina, ubi com parat sua porcinula.

tabernaculi aqua in nubibus aeris. Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando & carbones ignis. Et intonuit de caelo Dominus, & altissimus dedit

C iij dedit

PSALTERIUM.

dedit uocem suam, grando & carbones ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, et conturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Præuenierunt me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit quoniam uoluit me.

Et retribuet mihi Dominus secundum iusticiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia custodiui uias Domini, nec impie gessi à Deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iusticias eius non repuli à me.

Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate meâ.

Et

PSALTERIUM.

Et retribuet mihi Dominus secundum iusticiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Dei uia immaculata, igne examinata, protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcinxit me uirute, & posuit immaculatam uiam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prelium, & posuit ut arcum arcum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me.

C iij Et

Et desisti mihi sententiam salutis iniquæ ex dextera tua sustentat me.

VII.

p. permissio

VIII

Repetuntur rationes liberationis, quia deus est sanctus. Ergo innocentes liberat & contumaces perimit.

Vnde victoria & robur ex verbo & fide.

V.

hactenus pericula & adfliciones. Nunc libera nos Domine, Christi & ecclesiarum deservit.

Iustitia bonæ conscientie

VI
Subicit rationes cur sit liberatus

1
2
3

et adhesionem meam magnificas me

PSALTERIUM.

*Stultificationes
et nodosse*

Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata uestigia mea.

Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. *delictorum*

Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.

Et precipuisti me uirtute ad bellum, & superplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.

*u. sic
Et inimicorum
meorum dorsum
dedisti mihi*

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos in puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo eos.

*10.
Antecessas
Ecclesia ex
audient huij
abeyimtur.*

Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in apud gentium. *et vocato gen*

Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. *Autre andrent*

Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis. *obrem per at mibi*

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis mea.

Deus qui das uindictas mihi, & subdis populos

*11.
propseha
CHRISTVS
caput Ecclesie*

*12.
Concludit
per Granar
actionem.*

*propseha de euangelio propagando per totum orbem terrarum
de aduentu christi et gloria eius in seculis, de officio uerbis
quo deus amorem parat et collegitur eterna ecclesia*

PSALTERIUM.

los sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me, a uiro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius usque in seculum.

*propseha
Euangelium
spargitur per
totum orbem
terrarum
Ad primum
nondum psl. 20
Nuncius potest
coactum
seruum dei*

XVIII.

In finem Psalmus Dauid. *Nuncius potest coactum*
Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmitatem.

Abey Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. *egam in orbi imperis p. l. c. a. u. a*
ps. 20 Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. *popula uocale vni sunt hysto*
92 In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra uerba eorum. *re gata vel omnia uerba uoluit.*
93 In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. *de aduentu christi cui in*
94 Exultauit ut gigas ad currendam uiam, & summo exultauit. *ad extremis uocis cor*
102 Et decursus eius usque ad summum eius, nec est qui se abscondat a calore eius. *temorum et soli in coelo.*

+ Soli posuit tabernaculum in eis. *C. s. Lex*

PSALTERIUM.

Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. *mandata domini recta certiorum.*
Iusticie Domini recte, letificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos.

Timor Domini *sanctus* permanens in seculum seculi, iudicia Domini uera iustificata in semetipsa. *simul super obrisum.*

Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multam, & dulciora super mel & fauam. *etiam seruus tuus admonetur per ea.*

Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Erronee. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine, adiutor meus, & redemptor meus.

XIX. Ad premeram

In finem Psalmus David.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

ARGV. ORATIO pro magistratu. Mittat et politico statum que docet successus in imperijs foelicia consilia, salutarem gubernationem et ualoris, Dei opera et beneficia esse et uere inuari a Deo principes innocantissimos.

De efficacia Verbi ex de ministerio eius

Discrimen peccatorum et impiorum

Discrimen peccatorum

Et ab contumacia: Custodi seruum tuum ne delinquentur mihi

petit regi a Spiritu Sancto in recte doceat.

petit defendi et regi Mag. gistratus.

PSALTERIUM.

Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Zion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. *Sela.*

Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. *impleat*

Letabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur. *triumphabimus*

Impleat Dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de caelo sancto suo, in potentibus salus dextere eius. *Dextera eius saluat potenter.*

Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus.

Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die in qua inuocauerimus te.

uclius uclius

uclius
uclius uclius

uclius
uclius uclius

uclius
uclius uclius

uclius
uclius uclius

PSALTERIVM.

toto corde exquirunt cum.

Non enim qui operantur iniquitatem, in uis
eius ambulauerunt.

Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis.

Vtinam dirigantur uiae meae, ad custodiendas
iustificaciones tuas.

Tunc non confundar, cum perspexero in om-
nibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis, in eo
quod didici iudicia iusticiae tuae.

Iustificaciones tuas custodiam, non me derelin-
quas usquequaque.

Beth.

In quo corrigit adolescentior uiam suam,
in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te, ne repellas
me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua, ut non pec-
cem tibi.

Benedictus es domine, doce me iustificaciones
tuas.

In labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris
tui.

In uia testimoniorum tuorum delectatus sum,
sicut in omnibus diuicijs.

In mandatis tuis exercebor, & considera-
bo uias tuas.

In iusti

et commemoratio
commodorum
qua sequuntur
et qui uerbo
dei obtemperant

3
peccati
uero et tunc
prope atro subinde
repentina

4
commendat
inimicis
dum uerbi

conservat
a peccatis

uermum
preferenda
omnibus
lupis et
opibus

PSALTERIVM.

In iustificationibus tuis meditabor, non obliuis
satis sermones tuos.

Gimel.

Retribue seruo tuo, uiuifica me & custo-
diam sermones tuos.

Reuela oculos meos, et considerabo mi-
rabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra, non abscondas a me
mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificatio-
nes tuas, in omni tempore.

Incepisti superbos, maledicti qui declinant a
mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium & contemptum, quia
testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes & aduersum me
loquebantur, seruus autem tuus exerceba-
tur in iustificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est, &
consilium meum iustificaciones tuae.

Deleth.

Athesit pavimento anima mea, uiuifica
me secundum uerbum tuum.

Vias meas etnunciaui & exaudisti me,
doce me iustificaciones tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me, et ex-
ercebor

fac me intelligere

Benefici

Consolatio
EX VERBO

Doctrina con-
solatorum
uermi

uermum
consolatum
pauidos.

PSALTERIVM.

et loquor
et loquor
 crebor in mirabilibus tuis, *maxi*
 Dormit. uir anima mea pre tadio, confirma
 me in uerbis tuis. *secundum uerba in*
 Viam iniquitatis amoue a me, & de lege tua
 miserere mei. *non timi*
 Viam ueritatis elegi, iudicia tua non sum ob-
 litus.
 Adhesi testimonijs tuis domine, noli me con-
 fundere.
 Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dila-
 tasti cor meum.

He.

et loquor
Legem pone mihi domine uiam iustificatio-
 num tuarum, & exquiram eam sem-
 per.
 Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam,
 & custodiam illam in toto corde meo.
 Deduc me in semita mandatorum tuorum,
 quia ipsam uolui.
 Inclina cor meum in testimonia tua, & non in
 auaritiam.
 Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, in
 uia tua uiuifica me. *et loquor*
 Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore
 tuo.
 Amputa opprobrium meum quod suscipiatum
 sum, quia
 Aufer a me

et loquor
 ram sen-
 tentiam
 uerbi se-
 doceri &
 uerari
 a falsa
 doctrina.

Docere me

et loquor
 Petit accendi
 in se amorem
 uerbi et deleri
 cupiditatem
 prohiberi.

PSALTERIVM.

sum, quia iudicia tua iocunda.
 Ecce concupiui mandata tua, in aequitate tua
 uiuifica me.

Vau.

ET ueniat super me misericordia tua do-
 mine, salutare tuum secundum elo-
 quium tuum.
 Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum,
 quia speraui in sermonibus tuis.
 Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis us-
 quequaque, quia in iudicijs tuis super spe-
 ravi.
 Et custodiam legem tuam semper, & in secu-
 lum seculi.
 Et ambulabam in latitudine, quia mandata
 tua exquisiui.
 Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu
 regum, & non confundebar.
 Et meditabar in mand. tis tuis, que dilexi.
 Et leuaui manus meas ad mandata tua que di-
 lexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

Zain.

Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo
 mihi spem dedisti. *et loquor*
 Hac me consolata est in humilitate
 mea, quia eloquium tuum uiuificauit me.
 Superbi

et loquor
 Studium
 uerbi exa-
 tat ad con-
 fessionem.

PSALTERIUM.

Superbi inique agebant usquequaque, à lege autem tua non declinaui.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum.

Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuae, in loco peregrinationis meae.

Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.

Hec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

¶ Heth.

Portio mea domine, dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi uias meas, & conuertii pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuae.

Particeps

*horror adu
ben qu me
Cantabiles
sunt iustitiam
hoc opus men*

*petit serua
ri ab impijs
doctoribus.*

*festimam e
non qstuli*

PSALTERIUM.

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me. Theth.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum uerbum tuum.

Bonitatem & disciplinam et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multipliata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego uero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, super milia auri & argenti. Ioth.

Manus tuae domine fecerunt me & plasmauerunt me, da mihi intellectum ut discam mandata tua.

Qui timent te uidebunt me & letabuntur, quia in uerba tua supersperaui.

o ij Cognoui

*Contra
nominant super
me superbi men
a uerum
Cyclo
gram
Meth
Ioth*

PSALTERIVM.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consolatur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tue. & uiuam, quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

Capitulum.

Defecit in salutare tuum anima mea, & in uerbum tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut uter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui, quando facies depersequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua ueritas, iniqui persecuti sunt me, adiuua me.

Paulo.

Ex uerbo
Misericordiam
domini ueritatem
non scilicet

Reuertentur
ad me

Amantes
uermum
ad fligi

Fecerunt mihi
superbi iocuas
qui non fuerunt
secundum legem tuam

Profetia PSALTERIVM.

Paulominus consummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Lamech.

In aeternum domine, uerbum tuum permanet in coelo.

In generatione & generationem ueritas tua, fundasti terram & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea.

In aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me.

Tuus sum ego saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis uidi finem, latam mandatum tuum nimis.

Mem.

Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti.

o iij cisti

Afflictus
erit uerbo.
A

uermum
domini
manet in
aeternum

quam fons
sapientiarum
uermum dei

PSALTERIVM.

cisti mandato tuo, quia in aeternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, quia mandata tua quaesivi.

Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua.

A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

¶ Nun.

Luceana pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae.

Humiliatus sum usquequaq; domine uiuifica me secundum uerbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt

PER 80.
Tanq̄ uer-
na Mumi-
nari bene-
bras.

DOCERE
propagare
conferri
verbum
esse deo gra-
tu sacrifici-
um

PSALTERIVM.

Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testimonia tua in aeternum, quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem.

¶ Samech.

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu, & uerbum tuum super speraui.

Declinate a me maligni, & scrutabor mandata dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum & uiam, & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis, quia iniusta cogitatio eorum est.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terre, ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

Ain.

○ iij Feci

Improos doctores
es se fugien dos
Eph. 4. Ne cir-
cumferant un-
guis uento
doctrina

Conci-
cas

Tanq̄ scoriam
abiquis omnes
improos terram

PSALTERIVM.

*petit se
contra Sy
cophantas
& corrupto
res veredo
drimar defen
di & m p n
ritate dohm
ny seruari*

Eci iudicium & iustitiam, non tradas me
calumniantibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum, non ca-
lumentur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in
eloquium iusticie tue.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam
tuam, & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum ut
sciam testimonia tua.

Tempus faciendi domine, dissipauerunt le-
gem tuam.

Ideo dilexi mandata tua super aurum & to-
pazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar,
omnem uiam iniquam odio habui.

Phe.

Mirabilia testimonia tua domine, ideo
scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illu-
minat, & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui et attraxi spiritum, quia man-
data tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei, secundum iu-
dicium diligentium nomen tuum.

Gressus

PSALTERIVM.

Gressus meos dirige secundum eloquium tu-
um, & non dominetur mei omnis iniusti-
tia.

Redime me a calumnijs hominum, ut custodi-
am mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum, et
doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia
non custodierunt legem tuam.

Sade.

Iustus es domine, et rectum iudicium tuum,
Mandasti iusticiam, testimonia tua, & ucri-
tatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus, quia obli-
ti sunt uerba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum uehementer, & ser-
uus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus, iu-
stificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in aeternum, & lex tua ue-
ritas.

Tribulatio & angustia inuenerunt me, manda-
ta tua meditato mea est.

Aequitas testimonia tua in aeternum, intellectu
da mihi & uiuam.

O s Clamari

PSALTERIVM.

Kuph.

Clamavi in toto corde meo exaudi me domine, iustificationes tuas requiram. Clamavi ad te saluum me fac, ut custodiam mandata tua.

Præueni in immaturitate & clamavi, quia in uerba tua supersperavi.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine, & secundum iudicium tuum uiuifica me.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu domine, & omnes uiae tuae ueritas.

Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in aeternum fundasti ea.

Res.

Vide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

Iudicia iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum uiuifica me.

Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiae tuae multae domine, secundum iudicium tuum uiuifica me.

Multi qui

*afflictionem
petit libera
ri à persecu
toribus uerbi*

PSALTERIVM.

Multi qui persequantur me & tribulant me, à testimonijs tuis non declinaui.

Vidi prauaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in misericordia tua uiuifica me.

Principium uerborum tuorum ueritas, in aeternum omnia iudicia iusticiae tuae.

Schin.

Sine causa

Prinicipes persecuti sunt me gratis, & à uerbis tuis formidauit cor meum.

Letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum. legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiae tuae.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum domine, & mandata tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua, et dilexit ea uehementer.

Seruauit mandata tua & testimonia tua, quia omnes uiae meae in conspectu tuo.

Appro

*propter sensu
contines a Ver
bo dei non
discedendum*

h capite

Reperit
p. r. e. a. t. i. o.
n. e. m. i. n. f. i. c.
u. r. e. g. a. t. u. r.
v. e. r. b. o.

PSALTERIVM.

Thau.

Appropinquet deprecation mea in conspectu tuo domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua aequitas.

Fiat manus tua ut saluet me, quoniam mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea & laudabit te, et iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui sicut ovis qui perijt, quare seruum tuum domine, quia mandata tua non sum oblitus.

CXIX.

Canticum graduum.

Ad dominum cum tribulaber clamavi, & exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam.

Sagitta

Proposicio
contra impro doct.
res corruptores ve
re doctrinae & ho
res proz de doctoz

qua proponit summi exemplum Ecclesiar.
que a falsis confignendum sit et promittit
fore v. credentes exaudiantur

PSALTERIVM.

MESOR TANTUM
CEDAR A RABIA

Sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatorijs. ^{quod perierunt in Mesor}
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, ^{quia tam sunt}
habitavi cum habitantibus Cedar, multum ^{posidera q. sa}
incola fuit anima mea. ^{inter q. quam re}

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, ^{ms in imperis}
cum loquebar illis impugnabant me gratis. ^{entare la}

CXX.

Canticum graduum.

Leuauit oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedum tuum, neq; dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, dominus protectio tua super per manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.

Latatus

a. Narrat Dominus qm in Siene
se certo verbo d' admirandis h' domo n'js,
omni de misso filio d' donato sp'ritu sancto
& euangelio patefecit, respicit ex an d' r
v' inu'at innocentes se creta f' d' inu'

R. a. c. r. o
quia tam sunt
posidera q. sa
inter q. quam re
ms in imperis
entare la
quod ecclesia
in m. d'io h'obi
num s'ra sta
opprimant.

Consolatio
ad h'os Eccl'ia
& sanctor' p'p'os
eos respicit d' inu'
ri a domino con
firmat psal. d' d' r' i
nam f' d' r' i

confirmat f' d' em
mas ad d' r' i s' i s
p' r' o m' i s s' i' o' n' i' b' u' s
Intepre
em. l' er
p' r' o m' i s s' i' o' n' i' b' u' s
v' s' e r' u' o
l' u' r' Eccl'ia
s' r' a.

Narratio

Age gratias op
verbum d' ve,
rum cultum
sedisti et quod
huc stabunt et
mansura sunt

Causa cur deus
in hisce et sex
uet ecclesiam
et populus ad de
centum et octidm
sum v erbum
dei, ad p'ces et
gratias, actiones
conueniat.

Causa sola ecclesia
habet sedem dei et
ecclesie d' h'm, exer
centum maximam, an
gremium peccata
et remissionem de h'ce
est sedes domus d'ani
ant. et h'ce v' eccle' sup.

procurato et d'one
bonis florent eccle
et concordia in m
ecclesia inter d' h'ores
et in Rep. et in d'onomnia
ecclesiam politiam et economiam, sed hoc propter fratres
ecclesiam, tenn, v' illis seruamus et gubernamus bona
illa mala ferenda sunt, et t' r' z omnia sustinere pro
electos et ex ipso s' ad vitam conseruamus.

Gratiarum actio pro dono
v'anni dei

PSALTERIVM.

CXXI.

Canticum graduum. *D' d' d' d'.*

Lectatus sum in his que dicta sunt mihi,
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri, in atrijs tu-
is Hierusalem.
Hierusalem que edificatur ut ciuitas, cuius par-
ticipatio eius in idipsum.

Illic enim ascenderunt tribus, tribus domini
ad testimonium Israel, ad confitendum nomi-
ni domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes su-
per domum Dauid.

Rogate que ad pacem sunt Hierusalem,
undantia diligentibus te.

Fiat pax in turribus tuis,
et abundantia in
turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos, lo-
quebar pacem de te.

Propter domum domini dei nostri, que siui bo-
na tibi.

CXXII.

Canticum graduum.

De leuavi oculos meos, qui habitas
in caelis.

A Ecce sicut oculi seruorum, in manibus
dominorum suorum.

*Consolatio nulla in comoda
sustinenda sunt gubernantibus
ecclesiam, tenn, v' illis seruamus et gubernamus bona
illa mala ferenda sunt, et t' r' z omnia sustinere pro
electos et ex ipso s' ad vitam conseruamus.*

ORATIO Ecclesie in hoc mundo contempti
Contra hypocritas episcopos et potentes
hastes et contempti
ecclesie dei

PSALTERIVM.

peores

Sicut oculi ancilla in manibus domine sue, ita
oculi nostri ad dominum deum nostrum, do-
nec misereatur nostri.

Misere nostri domine misere nostri, quia
multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra, oppro-
brium abundantibus, et despectio super-
bis.

Narratio CXXIII.

Si quia dominus erat in nobis dicit
nunc Israel, nisi quia dominus erat
in nobis.

Cum exurgerent homines in nos, forte uiuos
deglutissent nos,

Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan
aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan
pertransisset anima nostra aquam intole-
rabilem.

Benedictus dominus, qui non dedit nos in a-
pitonem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer crepta e, de laqueo
uenantium.

Laqueus contritus est, et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini, qui se-
cit caelum et terram.

*Gratiarum actio pro defensione
ecclesie contra inuidias, v'm
et furores eos habuim, recem, primogen
populorum et hypocritarum qm ecclesia
et eorum conantur*

collatio
ex similitudinibus
et crucis gemi
luis differre aux
v' l'um.

procurato
et addum
causam
ecclesiam et pios d' h'ores a tyrannis
oppressos, lib'rat et conuincio sane et
vera uictoria h'ce
p'curato et p'curato
contem'el' d' h'orem
et dei d' spei

propositio
promissio qua fi
des exus citanda se
des exus citanda se
des exus citanda se

Gratiarum
actio et promisi
sio tenem semper
esse in eodem eccle
siae.

Consolatio
deum seruare
suos ex pecca
tis, morte et om
nibus malis.

Ratio alio modo ecclesiam et pro doctores
 Tyrannis oppressos liberat. Et communitate fore ut
 declinantes a vera doctrina hy perboras perdat deus
 Communitate doctrina
 PSALTERIVM.
 CXXIII.
 Canticum graduum.

Propositio est
 promissio qua
 fides exornata
 quia est
 Amplificatio
 4. re 6
 3
 Ratio et pro
 missio
 4 promissio
 5 communitate
 6 promissio
 i.
 Narratio

Qui confidunt in domino sicut mons
 Sion, non commovebitur in aeternum
 qui habitat in Hierusalem.
 Montes in circumitu eius, et dominus in cir-
 cumitu populi sui ex hoc nunc et usque in
 seculum. *permanebit scopulum in p*
 Quia non relinquet dominus uirgam peccato-
 rum super sortem iustorum, ut non exten-
 dant iusti ad iniquitatem manus suas. *id est*
 Benefac domine, bonis et rectis corde. *Ne deficiat*
 Declinantes autem in obligationes adducet
 dominus cum operantibus iniquitatem, pax
 super Israel.

Effectus
 2
 euangelij quod
 canit triumphu
 christi cruci-
 um pax.
 3
 promissio
 pebor liberatus
 per christum ut
 in me efficax ut
 reliqua peccati
 ita in me exit
 conetur in agris
 in mari rubro.

CXXV.
 Canticum graduum.
In conuertendo dominus captiuitate Sion,
 facti sumus sicut consolati. *Somnantes*
 Tunc repl. tam est gaudio os nostrum, et
 lingua nostra exultatione. *fecit*
 Tunc dicent inter gentes, magnificauit domi-
 nus facere cum eis.
 Magnificauit dominus facere nobiscum, facti
 sumus letantes.
 Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut
 torrens in austro. *Qui semi-*
propheta de liberatione ex peccato
 Morie lege et per christum futuram communitate
 tione euangelij per quod regnum dei propagatum
 mors et satan uim uim et abolerentur omnia ma
 Et est simul exultationum actio pro liberatione
 ex captiuitate babilonica et alij omnibus malis

Docet psal. politias et economias non esse guber-
 nari regi. defendi, nisi bene dicat deo uino

PSALTERIVM.
 Qui seminant in lachrimis, in exultatione me-
 tent. *eius fletus parant in uisu seme*
 Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. *fructu*
 Venientes autem ueniunt cum exultatione, por-
 tantes manipulos suos.

Consolatio et
 promissio huius
 mihabes glori
 fruari.

CXXVI.
 Canticum graduum Salomonis.
Nisi dominus edificauerit domum, in-
 uanum laborauerunt qui edificant eam.
 Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra ui-
 gilat qui custodit eam.
 Vanum est uobis ante lucem surgere, surgite
 postquam sederitis qui manducatis panem
 doloris. *etiam ad ornamenti*
 Cum dederit dilectis suis somnum, ecce here-
 ditas domini filij, merces fructus uentris.
 Sicut sagittae in manu potentis, ita filij excus-
 sorum. *et ex omni peccato*
 Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex
 ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis
 suis in porta.

Proposio
 promissio
 Ratio
 Narratio
 Sunt soboles
 ita et cetera
 omnia
 sunt rei
 dona.

CXXVII.
 Canticum graduum.
Beati omnes qui timent dominum, qui an-
 bulant in uijs eius.
P Labores
 Epitaphium et Carmen triumphale
 quo propheta et consolatur omnes
 et eis omnia felicia preceantur et pro-
 mittit a deo. 1 propositio Beati
 sunt qui interiores intent et exterior
 res prestant in agitione mediatoris.

Victoriam
 deo donum
 Focli citatis
 in econo-
 mia et proly
 2 Ratio quia
 Tabulum labori-
 bus et actionibus
 deus benedicit

ecclesiarum in posteriori parte est precatio contra hostes po-
puli dei quibus miserum per unum
PSALTERIUM.

3
Enumerat
praeiudicia
commoda
matrimonij

2. *Quarunda*

Præcatio talis
benedictione spiri-
tuali et corporali
ut videantur flores
ecclesiarum respici-
et occurrunt.

1. *Aratio*
et querela ecclesiarum
et simul consolatio et
promissio. Et si
a iuuentute mea
sim oppugnata
Tamen ne quod
inferorum portu
præualebant mihi

Commemorat
dolores et affli-
ctones. 3
precatio et
euertere po-
tentia hostium
ecclesiarum.

Labores manuum tuarum quia manducabis,
beatus es & bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus do-
mus tue.
Filij tui sicut novelle oliuarum, in circumitu
mensæ tue.

Eccē sic benedictur homo, qui timet dominū.
Benedicat tibi dominus ex Sion, et videas bona
Hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum, pacem super
Israel.

CXXVIII.

Canticum graduum.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute
mea, dicat nunc Israel.
Sæpe expugnauerunt me a iuuentute
mea, et tamen non potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccato-
res, prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum,
confundantur & conuertantur retrorsum
omnes qui oderunt Sion.
Fiant sicut scænum tectorum, quod priusquam
euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum suam qui metet,
& sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui præcibant benedictio
domini

4. *Mimesis*
Bene precantur

A. G. DE PROFUNDIS

psalm. CXXIX

De profundis.

propositio Sentiens peccatum et iusta-
ram manum & quasi in infernum demersus
confiteo iuxta præceptum meum ad pre-
ces, de maneo quare summi promi-
ssisti exaudi, & a peccatis ab ira ma-
ne libera. ita David proponit suum
exemplum toti ecclesiarum, ac docet
quomodo a peccato & morte contin-
gat liberatio non nostris meritis, sed
si iudicia misericordiarum præferre dandorem.

Si iuxta quæ eaces obserua-
Ratio propositionis, Si n. volas im-
putare peccata quæ opera animæ me-
rita poterunt opponi tibi nascens
quæ res poterunt placare iram tuam
quis feret te damnatum in peccata.

Quia apud te propitiatio
Alteræ Ratio, Cuius apud te non in
me, non in meris meritis aut usque
alibi est propitiatio. & gratuita pro
per mediatorem remissio peccati
atque hoc ideo ut timearis, ne ut hypocri-

tu superbi & contumaces ipsi primum
mris nostris meims de loco peccata
sed et ea agnoscentes et deploramus in
fide et timore petamus et exposcimus
Remissionem et misericordiam a deo promis
sam propter mediatorum

Expecto dominum exclamavit
anima mea, in verbo eius speravi
Basi differitur liberatio a sensu peccati
in a me et honore mortis et alyis ca
lamitatib. tamen, ideo non despero
non languisio sed fiducia mise
ricordie in verbo mo promissa
me ergo et speravi in suo exemplo.
docet ecclesiam ne frangamur animis
cum differitur liberatio

Speret israel in domino.

Horatam tota ecclesiam ut sum exemplum in
fide et spe et petenda liberatio a pecca
tis et ira dei mittitur. Et addit rationem
Taliter qui agnoscent peccata sua et fide
petunt et expectant lib. Remissio. p. habere
apud deum non iram sed misericordiam
et remissionem a peccato et alyis omnib.
calamitatibus et eam quidem non asserit
sed copiosam et abundantem ut ut ex
tra exspectet peccatum et iram

Et ipse redimet israel

Remissio et consolatio unum est gabole
peccatum mortem et diabolum Et quantum
sentit mortis diaboli tamen sententia est et
universalis liberatio ubi ecclesia ex ob
liberata fructum eterna gloria et beatitudinis

*Proleptio pro remissio. Continet autem doctrinam de justificatione
et est interpretatio promissionis in semine continet caput de peccatis Gen.
Et in semine tuo obedienter ad docet utrimq. In istam remissionem
et vitam eternam non contemnat re vlla alia. p. per solam
citantur in p. PSALTERIUM. misericordiam dei propter meritum*

domini super uos, benediximus uobis in nomine domini.

CXXXIX.

Canticum graduum. *Proposio quamvis
sim peccator et indignus
tamen in implicita et
non sans faciam
reg. ideo re
in uoco quia
in andas in legos*

Deprofundis clamaui ad te domine, do
mine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes, in uocem
deprecationis meae.

Si iniquitates obseruaueris domine, domine
quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, et propter lega
gem tuam sustinui te domine.

Expecta Sustinuit anima mea in uerbo eius, speraui ani
ma mea in domino. *expectat dominum*
A custodia matutina usq. ad noctem, speret Is
rael in domino.

Quia apud dominum misericordia, et copia
sa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel, ex omnibus iniquitati
eius.

CXXX.

Horatur suo exemplo
Naxam Canticum graduum. *in uerbo gratia mis
ricordia dei cum mans in
mānullans singis
acquire cam tu
ne ut unum no
teris rrib. sa
pientia aut in te*
Domine non est exaltatum cor meum,
neq. elati sunt oculi mei.
Neq. ambulau in magnis, neq. in mi
rabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui ani
mam meam.

*id est nisi cor fide gratiam mi
sericordiam in uerbo apprehendat
non potest pacificari. Insuperari fi
de pacem habemus Ro. v.*

*Quapio amaram meam non posui
et scilicet sed tunc erat amor anima
mea sicut ab lactate a matre sua.*

PSALTERIVM.

Sicut ab lactatus est super matrem suam, ita retributio in animam meam.

Speret Israel in domino, ex hoc nunc et usque in seculum. *et donante vitam, nunc in CXXXI. sua iustitia*

Canticum graduum.

Memento domine David, & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit domino, votum uouit deo Iacob. *Votum danielis*

Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mei.

Si dederero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob.

Eccce audiuiimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis sylue.

Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. *ad scabellum pedum eius*

Surge domine in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent.

Propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Iurauit

*ARGV.
Dy. c. c. 20.
Ium pro veteri
pomis ut dicitur
nunc ergo mandatum
propter promissionem
dandi factas serua
re velle. Tunc pro
nouo et eterno pbi
regno et sacerdotio
et pro regnis que
prebent ecclesie in
hospitia
Proposio
Serua regnum
danielis in xla
promissionem
2. Re. 7.*

*Hierusalem
a dande ephra
teo*

*Proposio
pro reuocatio
verbum dmi
infirmum con
seruata propter
promissionem
dandi quod*

PSALTERIVM.

Iurauit dominus David veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Psal. 81.*

Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hec que docebo eos.

Et filij eorum usque in seculum, sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Vidua eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutare, & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David, parauit lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem effloret benedictio mea.

CXXXII.

Canticum graduum. *hortatur ad sequendum co*

Ece quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut

*2. Rationes sicut in psal. artem in tu
sum capiti Aaronis et in barbam et vestis descendens, omnia
flagrant odor respicit, ita a capite eius consensus, docetur
et firmiter sanctis promissis in doctores verbi recreat
herbas. Ita primam concordia refert et conseruat
cuius et totam temp. postremo deus promissis
si velle inuare concordia*

*promissio
de ecclesia
promissio
de regno cor
porali danielis
addita conser
etone
promissio
ecclesiam que
verbum sionis
habet perpetuo
manentiam.*

*promissio
ecclesiam et pro
missos eius habi
turos in christum
etiam.
promissio spiri
tuali bona eccle
siae et eius omnia
etiam
audite comina
hanc et promissione
cordam in ecclesia
2. Re. 7. de pro
prietate gratia*

*Proposio
concordia est
res bona*

PSALTERIVM.

ros Hermon qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mandavit dominus benedictio-
nem, & uitam usq; in seculum.

CXXXIII.

Canticum graduum.

Ecce nunc benedicite domino, omnes
serui domini.

Qui statis in domo domini, in atrijs do-
mus dei nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sancta,
& benedicite domino.

Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit caelum
& terram,

Alleluia.

CXXXIII.

Audate nomen domini, laudate serui do-
minum.

Qui statis in domo domini, in atrijs do-
mus dei nostri.

Laudate dominum, quia bonus est dominus, psalli-
te nomini eius quoniam suauis est.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in
possessionem sibi.

Quia ego cognoui quod magnus est dominus,
& deus noster praeter omnibus dijs.

Omnia quaecumq; uoluit dominus fecit in caelo
et in terra, in mari et in omnibus abyssis.

Educcens

*hortatur unum
seros uerbi nro
culo sumu offitium
faciant & ceteros
pios ut uinisterium
uerbi inuenit ex
ornent.*

Docere

ORATE

*promissio
adleru deus
pjs nini seris*

*Eiusdem argu
Cum pcedent*

proprietate

rationes

2.

3.

*4.
oma creator
Re rnm.*

PSALTERIVM.

Educcens nubes ab extremo terrae, fulgura in
pluuiam fecit.

Qui producit uentos de thesauris suis, qui per-
cussit primogenita Aegypti ab homine
usq; ad pecus.

Emisit signa et prodigia in medio tui Aegy-
pte, in Pharaonem & in omnes seruos eius.

Qui percussit gentes multas, & occidit reges
fortes.

Seon regem Amorreorum, & Og regem Ba-
san, & omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hereditatem, heredi-
tatem Israel populo suo.

Domine nomen tuum in aeternum, domine me-
moriale tuum in generatione & generatio-
nem.

Quia iudicabit dominus populum suum, & in
seruis suis deprecabitur.

Simulacra gentium argentum & aurum, ope-
ra manuum hominum.

Os habent & non loquentur, oculos habent et
non uidebunt.

Aures habent & non audient, neq; enim est
spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui
confidunt in eis.

P iij Domus

*Manuacro
Beneficiorum
quor hinc po-
pulo exhibuit
Deus.*

Num. 21

*3
ubi floret
doctrina huius dei
benedictio et fauor*

*psal. 115
Ante eos
Genes sunt
sine Deo.*

actualib. pccati arbitri qui dicitur hinc populo ex habitis pro
conferuato regno d' m' m' seruo verbi. Et ad que hinc omnia. Bonate
non ex meritis sed gratuita bonitate in misericordia Dei

PSALTERIUM.

Soreatum
politiam
et ecclesiam
ad gratiam
actionem

Domus Israel benedicite domino, domus Aa-
ron benedicite domino.
Domus Leui benedicite domino, qui timetis
dominum benedicite domino.
Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ie-
rusalem.

Alleluia. CXXXV.

propositio
Gratias agit deo
quia bonus est
et misericors

Confitemini domino quonia bonus, quo-
niam in seculum misericordia eius.
Confitemini deo deorum, quoniam in se-
culum. *in misericordia eius.*

naratio
operum
benelorum
dei

Confitemini domino dominorum, quoniam. *in seculum*
Qui facit mirabilia magna solus, quoniam. *in seculum*
Qui fecit celos in intellectu, quoniam.
Qui firmavit terram super aquas, quoniam.
Qui fecit luminaria magna, quoniam.
Solem in potestatem dici, quoniam in seculum
misericordia eius. *dominorum*
Lunam et stellas in potestatem noctis, quoni.
Qui percussit Aegyptum cum primogenitis
eorum, quoniam. *in seculum misericordia eius*
Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam.
In manu potenti et brachio excelso, quoniam.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoni-
am in seculum misericordia eius.
Et eduxit Israel per medium eius, quoniam.

traxerunt

Et

submeris PSALTERIUM.

Et excussit Pharaonem et uirtutem eius in
mari rubro, quoniam.
Qui traduxit populum suum per desertum,
quoniam in seculum misericordia eius.
Qui percussit reges magnos, quoniam. *Num. 21*
Et occidit reges fortes, quoniam. *Sihem*
Seon regem Amorreorum, quoniam.
Et Og regem Basan, quoniam.
Et dedit terram eorum hereditatem, quonia.
Hereditatem Israel seruo suo, quoniam.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri,
quoniam in seculum misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam.
Qui dat escam omni carni, quoniam.
Confitemini deo caeli, quoniam.
Confitemini domino dominorum, quoniam in
seculum misericordia eius.

CXXXVI.

De reate ecclesiarum con
tra hostes vastatores et
destrutores suos et ecclesiam
politicam quae per
ditur hostem et
desertum seruet dem
hostes vero perdat.
Psalmus Dauid propter Hieremiam. *et*
Super flumina Babilonis illic sedimus et
flecimus, dum recordaremur tui Sion. *desertum seruet dem*
In salicibus in medio eius, suspendimus or-
gana nostras. *1. Organa*
Qui illic interrogauerunt nos qui captiuos
duxerunt nos, uerba cantionum. *cum suspendisse*
Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis *in seculum*
de canticis Sion. *trason*
P s Quomo-
mentatur
titium

PSALTERIVM.

Responso

Quomodo cantabimus canticum domini, in terra aliena?

Proposicio

Si oblitus fuero tui Hierusalē, obliuioni detur dextera mea.

Adhereat lingua mea faucibus meis, si non minerero tui.

3

Si non proposuero Hierusalē, in principio laticiae meae.

procuratio

Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalē.

Contra hosus prope ecclesiam dei quos hic mirum in die E. no. 14. li. re. 21.

Qui dicunt exinanite exinanite, usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.

Beatus qui tenebit, et allidet paruulos tuos ad petram.

CXXXVII.

Psalmus ipsi Dauid.

Proposicio
pro Romano christi et euangelio nato quod in fine conseruari debet.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia uerba

coris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Proposicio
Ago tibi gratias pro regno tuo in quo remittis peccata bonis spiritum in sanctum et vitam eternam.

Super misericordia tua et ueritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque

in uocaueris te.

PSALTERIVM.

In quacumque die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terra, quia audierunt omnia uerba oris tui.

Et cantent in uis domini, quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus et humilia respicit, et alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

Ad commendam
Psal. Dauid.

CXXXVIII.

In finem Psalmus Dauid.

Domine probasti me et cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam et funiculum meum inuestigasti.

Et omnes uias meas prauidisti, quia non est secretum in lingua mea.

Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima antiqua, tu formasti me et posuisti super me manum tuam.

et exaudi me confirmari spiritum sancto.

Abiit enim leges gentium ad gloriam domini.

Officium deo dicit superbos erigit afflictos.

Oratio deo per uerbum conuolam ad afflictos et punit hostes.

Gracia actio pro creatione et

mirabilis inbermatione sanctorum

qua admiranda opera dei uult

considerari ab ecclesia et in

habet in natura sed

in uisus dei man

in potra sint, hoc

modo exas atchur

in nobis, si des inno

catio et timor dei

in fine peccati delu

ri hostes dei, et se

regi uerbo et spu s.

Narratio
Mirabilia qua creationem et admirandam in eo naturam rerum describit et admiratur.

Admirabili PSALTERIVM.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. *propterea potero*

Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in caelum tu illic es, si descendero ad infernum ades,

Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris.

Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebrae conculabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebrae non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrae eius ita & lumen eius.

Quia tu possidisti renes meos, suscepisti me de utero matris meae.

Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognosceat nimis.

Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terrae.

Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur & nemo in eis.

omnia membra scripta erant

quae per dies formata sunt

mihi tum adhuc nullum corp. exaret

*et excol
sion
A me 9
lucis
circuli
in utero
matris
informem
masam mea
in libro tuo
omnes scribentur
dies formabuntur
& nemo in eis
omnia membra
scripta erant
quae per dies
formata sunt
mihi tum
adhuc nullum
corp. exaret*

*sed mihi qd. proterosa sunt cogitationes in corde
et qd. multo summa carnis.*

PSALTERIVM.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum.

si numerauero eas
Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccatores, uiri sanguinum declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione, accipiant in uanitate ciuitates suas.

Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.

Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas.

Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia aeterna.

Ad peccatum CXXXIX. *qui ex dolo et uolentia*

In finem Psalmus Dauid. *et asseruit in pros*

Ripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prelia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenum aspidum sub labijs eorum.

Custodi me domine de manu peccatoris, & ab homine

*Honorable
ecclesiam
hanc admiranda
opera dei con
sidera et pro
est gratia uel at.
potest de
dei impios
hostes dei
examina
procuratio
in regno uer
ba et spiritus.
peccato contra hostes ecclesiar
qui ex dolo et uolentia
et asseruit in pros
proposito
Nathanio
periculo
num.*

*et excol
sion
A me 9
lucis
circuli
in utero
matris
informem
masam mea
in libro tuo
omnes scribentur
dies formabuntur
& nemo in eis
omnia membra
scripta erant
quae per dies
formata sunt
mihi tum
adhuc nullum
corp. exaret*

PSALTERIUM.

hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos,
abscorderunt superbi laqueum mihi.

Et fines extenderunt in laqueum, iuxta iter
scandalum posuerunt mihi.

Dixi domino, deus meus es tu, exaudi domine
uocem deprecationis meae.

Domine domine uirtus salutis meae, obumbrasti
super caput meum in die belli.

Non tradas me domine a desiderio meo peccato-
tori, cogitauerunt contra me, ne derelina-
quas me ne forte exaltentur.

Caput circumitus eorum, labor laborum ip-
sorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem dei cios
eos, in miserijs non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum
iniustum mala capient in interitum.

Cognoui quia faciet dominus iudicium in op-
is, & uindictam pauperum.

Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo,
& habitabunt recti cum uultu tuo.

CXL.

Psalmus David.

Domine

3
Repetitio
propositio
& precatio

4
Oratio
contra hostes
pericula iun-
ctura in ma-
ri rubro.

5
Commu-
natio

6
Consolatio
& promissio.

precatio & seruetur uera doctrina ecclesie
& eius corruptores & hostes perdantur
PSALTERIUM.

Domine clamaui ad te exaudi me, inten-
de uoci meae cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in
conspectu tuo, eleuatio manuum mearum
sicut sacrificium uestertinum.

Pone domine custodiam ori meo, et ostium cir-
cumstantia labijs meis.

Non declines cor meum in uerba malicia, ad
excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem, &
non communiabo cum electis eorum.

Corripiet me iustus in misericordia & incre-
pabit me, oleum autem peccatoris non im-
pinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplaci-
tis eorum, absorpti sunt iuncti petra iu-
dices eorum.

Audient uerba mea quoniam potuerunt, sicut
crassitudo terre erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra sicut infernum, quia
ad te domine domine oculi mei, in te spe-
raui non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi, &
a scindatis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eorum peccatores, singu-
lariter sum ego donec transeam.

Vocem meam
ab hostium furore
& perde eos.

propositio
deus exaudi et
orationem meam
tam esse gratum tibi
ut est immolatio
ut est sacrificium

peccis seruetur
uero & spiritus
ne ut impij docto-
res prosper gloria
ut spes vel poten-
nam, ueram eccle-
sia doctrinam cor-
rumpat, & ad prin-
cipium uel inlece-
m diuis uoluntate
flectat

Confessio
castro per uerbu
dei eam enim exi-
milla reprobensio
salutaris
in creatio peccati
impij doctores u-
sit locus p. y.

afflictiones
ecclesie & pro-
uocem doctrinam
uocem doctrinam
uocem doctrinam

*Oratio contra hostes
ecclesie & proorum doctores.*

PSALTERIUM.
CXLI.

Intellectus David cum esset
in spelunca Oratio.

Voce mea ad dominum clamaui, uoce
mea ad dominum deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem
meam, & tribulationem meam ante ipsum
pronuncio.

Cum a magister in me spiritus meus
In defectendo ex me spiritum meum, & tu co-
gnouisti semitas meas.

In uia hac qua ambulabam, absconderunt la-
queum mihi.

Robra
Considerabam ad dexteram & uidebam, &
non erat qui cognosceret me.

Uia crucis
Perijt fuga a me, & non est qui requirat ani-
mam meam.

Clamaui ad te domine, dixi tu es spes mea, por-
tio mea in terra uiuentium.

Intende ad deprecationem meam, quia humi-
liatus sum nimis. *Valde*

Libera me a persequentibus me, quia confor-
tati sunt super me.

Carere
Educa de custodia animam meam ad consiten-
dum nomini tuo, me expectant iusti donec
retribuas mihi. *et ad me congregantur in sibi Domine*
Cum benefeceris mihi

*Proposio
& exemplum
quo afflicti
sunt confingien-
tium*

*Narratio
periculorum*

*Lexicon
Proposio
& precatio*

*Ratio
cur petas
liberari*

*Oratio pro remissione peccatorum
de exaudi & sibi remitti peccata propter ueritatem
a. propter promissam misericordiam et adit gratiam*

PSALTERIUM.
CXLI.

Salmus
Damianus
Psalmus David quando persequen-
tur eum filius suus Absolon.

Domine exaudi orationem meam, auri-
bus pecepe obsecrationem meam, in
ueritate tua exaudi me, in tua iusti-
ciam

Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia
non iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuens.

Pro
Hum
Quia persecutus est inimicus animam meam,
humiliauit in terram uisam meam.

Concessio
Collocauit me in obscuris sicut mortuos secu-
li, & anxius est super me spiritus meus,
in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum
in omnibus operibus tuis, in factis manuum
tuarum meditabar. *legere* *anhelare*

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut
terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine, defecit spiri-
tus meus.

abscondit
Non auertis faciem tuam a me, & similis ero
descendentibus in lacum. *toricam*

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, si
quia in te speraui.

*4. Repetitur proposio
subinde annexis
orationibus*

*Notam me seruabis
5. petit regi uerbo
& spiritui sancto
liberari ab hostibus*

Proposio
Exaudi me peccatum
remitti peccata
que si uolueris impu-
tare nemo quatum
in sanctus salua-
bitur

Ratio propo-
sitionis quod sentio
horrores peccati
in me et mortis
ex quibus meo vi-
uo. nisi in misere-
rearis et gratis
peccata condones
emergere non possum.

Ab exemplo dicitur
patres misericordes
ex audisti et gra-
tis propter promissam
semper serua-
re meo et mihi
remitti peccata

PSALTERIVA.

Notam fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuauit animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine iustificabis me in aequitate tua. *et propter inuitiam*

Educes deturbatione animam meam, et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

CXLIII.

Psalmus David aduersus Goliath.

Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea & refugium meum, susceptor meus & liberator meus.

Protektor meus & in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum?

Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut

Gratia dabo ego regno eius imperium: faciem autem gerens bellum & gladius, ad miserare tempus: obsequium in subditorum

Et successus in imperijs non esse humanarum uirium sed dei dona sicut Regibus & principibus: ab eo pendit & expectanda posterima pars psalmi est preterea de impietate & contumacia populi.

*ans q
Cur libe
ranchis in*

*proportio
Ago gratias q
das successus
in bello, in re
genda Republ.
Et qm nos
defendit*

*admiratione
miror cur
tamis beneficia
ornes homines
cum sint un
deu summum.*

*3 per uicium non confuso meo, sed in
una potentia, destitit uires, hostium Ecce la soir*

PSALTERIUM.

sicut umbra praetercunt. *et non sunt*
Domine inclina caelos tuos & descende, tan- *4
prope alio*
ge montes & fumigabunt.

Fulgura coruscationem et dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. *mentes
de obrina & opera
peruersa sunt.*

Deus anticum nouum cantabo tibi, in psalterio de achordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me.

*Eri-
pe me* Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. *4
Altera pars
psalmi preterea
de impietate con
tumacia & an
xia populi quos
folies alienorum
quo d a pa
nostra*

Quorum filij sicut nouella plantationes, in iumentute sua.

Filiae eorum compositae, circumornatae ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum factosae ab undantes in egressibus suis, boues eorum crassa.

Non est

*illamesis & uox
imporum qui opes
phuris qd cum fa
e preteriam facimus*

*non est iniquitas
de obrina & opera
peruersa sunt.*

*4
Altera pars
psalmi preterea
de impietate con
tumacia & an
xia populi quos
folies alienorum
quo d a pa
nostra*

Non est

* *De beatitudine actio in seipsum et copiosa in persona totius ecclesie pro regno christi. Cuius beneficia hic ordine commemorat. In fine adduntur promissiones dulcissimi que p[er] p[er]p[etuum] in conspectu eius*
* *est regna in iudicia in re familiari*
* *et q[ui]a*
* *constans ex an[ti]b[us] o[ra]ti[on]i[um]*

PSALTERIVM.

Non est ruina macerie neq[ue] transitus, neq[ue] clamor in plateis eorum.

Beatam dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.

CXLIIII.

* Laudatio ipsi David. Aleph.

Exaltabo te deus meus, rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi.

Beth. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.

Gimel. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.

Dalet. Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt.

He. Magnificentiam gloria sanctitatis tue loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

Vau. Et uirtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

Zain. Memoriam abundantie suauitatis tue exultabunt, & iusticia tua exultabunt.

Heth. Miserator & misericors dominus, patiens & multum misericors.

Teth. Suetus dominus uniuersis, & misericors

I
Propositi
Gratias agam
et beneficia ma
per christum ubi
terrarum exhi
bita celebrabo,
in omnem eter
nitatem.
Narratio
et laudationes
que celebra
mus dominis.
Mirabilia et
ipsi sanctis An
gelis etiam sepe
opera regni christi
sunt, quod ge
mus humani
immersum peccato et morti erans per filij
mortem liberat, quod donat spiritum sanctum
fuit filios et heredes credentes in filium

Matth. 1. 1. ante
ad me omne

+ *Memoriam. Hec exprimat in commendam beneplacitum christi et bonitatis dei quod erat et propter filium et*
creatum, remittitur peccata in seculum et in seculum spiritum
sancto suscitata et uita eterna. Quod sceleratos non sentit p[er]
me sed in APSALTERIVM. Conspicimus ad poeniten

tiones eius super omnia opera eius.

Iod. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.

Caph. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.

Lamech. Ut notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentie regni tui.

Mem. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omnem generationem & generationem.

Nun. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Samech. Allevat dominus ones qui corruunt, & erigit omnes elisos.

Ain. Oculi omnium in te sperant domine, et tu das escam illorum in tempore oportuno.

Phe. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione.

Zade. Iustus dominus in omnibus uis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.

Kuph. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Res. Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Q *lij*
custo
dire ipsorum
præcos implere eorum uela
et ex cubare pro eis, eos seruire

etiam inuitat. Hæc bene
fina uult agnosci
et in ecclesia orna
re spargi et celebrari
Hoc est tota
ecclesiam Anecloa
et hominum et s
domi pro his tantis
beneficijs celebrat
et uale sit eorum
at eorum nomen
et spirituale in quo
lapsi in peccata
et argumta
CHRISTUS REX
non tantum spiri
malia sed et ergo
rata bona imperat
Misericors
plenus gra
tia.
Promissiones
dulcissimi CHRI
STI REX
ad se suos exan
imare

PSALTERIUM.

Schin. Custodit dominus ones diligentes se,
& omnes peccatores disperdet.

Thau. Laudatione domini loquatur os meum,
& benedicat omnis caro nomini sancto eius
in seculum & in seculum seculi.

Alleluia, Aggai & Zacharie CXLV.

Lauda anima mea dominum, laudabo do-
minum in uita mea, psallam deo meo
quam diu fuero. *i. propositio*

Nolite confidere in principibus, in filiis ho-
minum in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius & reuertetur in terram
suam, in illa die peribunt omnes cogitatio-
nes eorum.

Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius
in domino deo ipsius, qui fecit caelum & ter-
ram, mare, et omnia quae in eis sunt.

Qui custodit ueritatem in seculum, facit iudi-
cium iniuriam patientibus, dat escam esu-
rientibus.

Dominus soluit compeditos, dominus illumi-
nat caecos.

Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum et uiduam
suscipiet, & uias peccatorum disperdet.

Regnabit dominus in secula, deus tuus Sion, in
generatione et generationem.

Lau-

*Expositio
quae dicitur
ORATIO
pro regno CHR
et eius beneficijs
& doctrina, non
esse in humana
proseria sed
in deum ipsum
fidentia ponenda
secunda dicitur
reprehendi
in carnalis fiducia
RATIO quae dicitur
apes ipsi meriti
sunt de sua uita
qua amissa irri-
hi sunt ipsorum
conatus
ANALYSIS
sed sperare
in dominum
Creatorem
eorum qui seruat
promissa liberat
oppressos.*

*Gratias agitur pro beneficijs spiritualibus &
corporalibus quae ordine commemorantur et proponuntur
consideranda ecclesiae & omnium fidei.*

PSALTERIUM.

Alleluia. CXLVI.

Laudate dominum, quoniam bonus est psaltere
mus, deo nostro sit iocunda decoraque
laudatio. *propositio*

Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones
Israel congregabit. *Narratio*

Qui sanat contritos corde, & alligat contri-
tiones eorum. *beneficiorum
spiritualium
colligit et ser-
uat ecclesiam*

Qui numerat multitudinem stellarum, & om-
nibus eis nomina uocans. *2*

Magnus dominus noster & magna uirtus eius,
& sapientiae eius non est numerus. *3*

Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem
peccatores usque ad terram. *substantia
peccata*

Precinente domino in confessione, psallite deo
nostro in cythara. *Narratio*

Qui operit caelum nubibus, & parat terra
pluuiam. *corporalium
beneficiorum*

Qui producit in montibus, fenum & her-
bam, seruituti hominum. *4*

Qui dat iumentis escam ipsorum, et pullis cor-
uorum inuocantibus eum. *5*

Non in fortitudine equi uoluntatem habebit,
neque in tibijs uiri beneplacitum erit ei. *6*

Beneplacitum est domino super timentes eu-
& in eis qui sperant super misericordia
eius. *7*

Qui iij. *8*

Lauda Hic *9*

*propositio
Narratio
beneficiorum
spiritualium
colligit et ser-
uat ecclesiam
2
3
peccata
Narratio
corporalium
beneficiorum
4
5
6
7
8
9*

Oratio in honorem beatorum ad gratiam
et primum pro benefactorum corpora albus
PSALTERIUM.

Orationes. Oratio defensorum
CXLVII.

*Magister armis leges armis
in nitiones in sol
Vrbes in sol
ne hominum et
rex omnium spin.*
Alleluia, Aggae & Zacharia
Auda Hierusalem dominum, lauda deum
tuum Sion.

L Quoniam confortauit seras portarum
tuarum, benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe fru-
menti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae, uelociter
currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut ci-
nerem spargit.

Mittit cristallum suam sicut buccellas, ante
faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittit uerbum suum & liquifacit ea, fla-
bit spiritus eius & fluent aquae.

Qui annunciat uerbum suum Iacob, iusticias et
iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua
non manifestauit eis.

CXLVIII.

Alleluia, Aggae & Zacharia.

Audate dominum de caelis, laudate eum
in excelsis. *I. Coelestia*

Laudate eum omnes angeli eius, laudate
eum omnes uirtutes eius.

GRATIAS AGGAE & ZACHARIAE
Horae Laudate
tur ant totam vniuersitatem A. R. G.
V. Deum conditorem & conserva-
torem suum celebres Et in primis
ecclesiam in qua cornu regnum
messie deus constituit sui regno
vniuersitatis rerum seruire debet.

Defensio

*Oratio hominum
et omnium
rerum*

*Flu-
v*

*Haec omnia
sola uerbo effi-
cit psal. xxxiii
dixit & facta sunt*

*Reclit hunc
errores adfliciones
et mala et resistit
rptatem lyticam et
omnia bona.*

*Haec ager gratias
pro bonis spiri-
tualibus et ter-
ris, pro datus pro
missionibus pro
missionibus et uero
cunctis dei*

PSALTERIUM.

Laudate eum sol & luna, laudate eum om-
nes stella & lumen. *lucens*

Laudate eum caeli caelorum, & aquae om-
nes quae super caelos sunt laudem nomē do-
mini.

Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit
& creata sunt.

Statuit ea in seculum & in seculum seculi,
praecipit posuit & non praeteribit.

Laudate dominum de terra, dracones & om-
nes abyssi. *Terrestria*

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procella-
rum, quae faciunt uerbum eius.

Montes & omnes colles, ligna fructifera &
omnes cedri.

Bestiae & uniuersa pecora, serpentes & uo-
lucres pennatae. *Reptilia*

Reges terrae & omnes populi, principes &
omnes iudices terrae. *Homines*

Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus
laudent nomen domini, quia exaltatum est
nomen eius solius. *et laus*

Confessio eius super caelum & terram, &
exaltauit cornu populi sui. *et laus*

Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel, po-
pulo appropinquanti sibi. *Haldeia*

o. fix. Q. S. C. A. T. 20

*2
Terrestria*

*3
Vapor*

*4
Reptilia*

*5
Homines*

*6
C. A. T. 20
Cur laudan-
tus deus et
constituit
regnum
messie*

*Oratio & Carmen triumphale
pro regno & Evangelio novo Cantu in honorem
Sionis Regis Cantu*

PSALTERIVM.

Alleluia. CXLIX.

1
Propositio
Agnus gratias
Agens deo vestro
qui considerat vos
et regem vestro
qui redemit vos

Cantate domino canticum novum, laus eius in ecclesia sanctorum, letetur israel in eo qui fecit eum, & filie Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exalabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in denture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, incursiones in populis.

Ad alligandos reges eorum in compeclibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hec est omnibus sanctis eius. *Alleluia.*

Alleluia. *sancti in CL.*

Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmitate virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum

2
Exco. quia
remittit peccata
sermone populum
sum in consola
me afflictos

3
descriptio
victoriarum
et triumpho
Christi et eccle
sie per Verbum.

Eiusdem
argumentum per
celestem.

PSALTERIVM.

Laudate eum in sono tube, laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benefonantibus, laudate eum cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.

LAUS DEO.

1 5 4 7.

EXPLICIT PSALTERIVM.

PSALTERIVM.
SEQVVTVR ALII PSALMI
sive Cantica ex sacris literis, In ec-
clesijs cantari solita.

Canticum Mose, Exo. XV.

Tunc cecinit Moses & filij Israel, ar-
men hoc Domino, & dixerunt.

CAntemus domino, gloriose enim magni-
ficatus est, equum & ascensorem pro-
iecit in mare.

Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus
est mihi in salutem.

Iste deus meus & glorificabo eum, deus patris
mei & exaltabo eum.

Dominus quasi uir pugnator, omnipotens no-
men eius, currus Pharaonis & exercitum
eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari ru-
bro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in
profundum quasi lapis.

Dextera tua domine magnificata est in fortitu-
dine, dextera tua domine percussit inimicum,
& in multitudine gloriae tuae deposuisti ad-
uersarios meos.

Misisti iram tuam, quae deuorauit eos sicut sti-
pulam, & in spiritu furoris tui congregatae
sunt aquae.

Stetit

PSALTERIVM.

Stetit unda fluens, congregatae sunt abyssi in
medio mari.

Dixit inimicus, persequar & comprehendam,
diuidam spolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum, interficiet eos ma-
nus mea.

Flauit spiritus tuus & operuit eos mare, sub-
mersi sunt quasi plumbum in aquis uehe-
mentibus.

Quis similis tui in fortibus domine? quis simi-
lis tui magnificans in sanctitate? terribilis
atque laudabilis & faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam, et deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua, populo quem
redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum
sanctum tuum.

Audiuerunt populi & irati sunt, dolores oba-
tinuerunt habitatores Philistijm.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos
Moab obtinuit tremor, obriguerunt om-
nes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor, in magni-
tudine brachij tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranscat
populus tuus domine, donec pertranscat po-
pulus

PSALTERIUM.

populus tuus iste quem possedisti.
 Introduces eos & plantabis in monte hereditatis
 tue firmissimo habitaculo tuo quod operatus es
 domine. Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt
 manus tue, Dominus regnabit in aeternum & ultra.
 Ingressus est enim eques Phario cum curribus
 & equitibus eius in mare, & reduxit super eos
 dominus aquas maris. Filij autem Israel ambulauerunt
 per siccum, in medio eius.

Canticum Mose, Deut. XXXII.

Locutus est Moses, audiente uniuerso
 cœtu Israel, uerba carminis huius, & ad finem usq; com-
 pleuit.

Audite cœli quæ loquar, audiat terra
 uerba oris mei. Concreseat in pluiam doctrina mea,
 fluat ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super
 gramina, quia nomen domini inuocabo. Date
 magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt
 opera, & omnes uia eius iudicia.

Deus

PSALTERIUM.

Deus fidelis & absq; ulla iniquitate, iustus &
 reclus. Peccauerunt ei, & non filij eius, in sordibus.
 Generatio praua atq; peruersa, hæcine reddis
 domino popule stulte & insipiens? Numquid non ipse
 est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te?
 Memento dierum antiquorum, cogita generationes
 singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi,
 maiores tuos & dicent tibi. Quando diuidebat
 altissimus gentes, quando separabat filios
 Adam. Constituit terminos populorum, iuxta
 numerum filiorum Israel. Pars autem domini
 populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.
 Inuenit eum in terra deserta, in loco horro-
 ris & uastæ solitudinis. Circunduxit eum &
 docuit, et custodiuit quasi pupillam oculi sui.
 Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos
 suos, & super eos uolitans. Expandit alas
 suas & assumpsit eum, atq; portauit in
 humeris suis. Dominus solus dux eius fuit,
 & non erat cum eo deus alienus. Constitui

PSALTERIUM.

Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum.

Vt sugeret mel de pctra, oleumq; de saxo durissimo.

Butyrum de armento, & Lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan.

Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem uuae biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, increassatus, impinguatus, dilatatus.

Dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo salutari suo.

Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt demonijs & non deo, dijs quos ignorabant.

Noui recentesq; uenerunt, quos non coluerunt patres eorum.

Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.

Vidit dominus & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui et filiae.

Et ait, abscondam faciem meam ab eis, et considerabo nouissima eorum.

Genera-

PSALTERIUM.

Generatio enim peruersa est, et infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in uanitatibus suis.

Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima.

Deuorabitq; terram cum germine suo, et montium fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo.

Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atq; serpentium.

Foris uastabit eos gladius et intus pavor, iuuenem simul ac uirginem, lactentem cum homine sene.

Et dixi, Vbi nam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum.

Et dicerem, Manus nostra excelsa, & non dominus fecit haec omnia.

Gens absq; consilio est & sine prudentia, uti-

R nam sa-

PSALTERIUM.

nam scirent & intelligerent, ac non
 sima prouiderent.
 Quomodo persequeretur unus mille, & duo
 figarent decem millia?
 Nonne ideo, quia deus suus uendit eos, &
 dominus conclusit illos?
 Non enim est deus noster ut dii eorum, & ini-
 mici nostri sunt iudices.
 De uinea Sodomorum uinea eorum, et de sub-
 urbanis Gomorrae.
 Uua eorum uua fellis, & botrus amarissimus.
 Fel draconum uinum eorum, et uenenum aspi-
 dum insanabile.
 Nonne haec condita sunt apud me, & signata
 in thesauris meis?
 Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempo-
 re, ut labatur pes eorum.
 Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant
 tempora.
 Iudicabit dominus populum suum, & in ser-
 uis suis miserabitur.
 Videbit quod infirmata sit manus, & clausi
 quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.
 Et dicent, Vbi sunt dii eorum, in quibus habe-
 bant fiduciam.
 De quorum uictimis comedebant adipem, &
 bibebant

PSALTERIUM.

bibebant uinum libaminum?
 Surgant & opulentur uobis, & in necessita-
 te uos protegant.
 Videte quod ego sim solus, & non sit alius
 deus praeter me.
 Ego occidam, & ego uiuere faciam, percuti-
 am, & ego sanabo, non est qui de manu mea
 possit eruere.
 Leuabo ad caelum manum meam, & dicam, ui-
 uo ego in aeternum.
 Si acucro ut fulgor gladium meum, et arripue-
 rit iudicium manus mea.
 Reddam ultionem hostibus meis, & his qui ode-
 runt me retribuam.
 Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius
 meus deuorabit carnes.
 De cruore occisorum, et de captiuitate nudati
 inimicorum capitis.
 Laudate gentes cum populo eius, quia san-
 guinem seruatorum suorum ulciscetur.
 Et uindictam retribuet in hostes eorum, &
 propitius erit terrae populi sui.

Canticum Hannae, I. Regum. II.

Et orauit Hanna & ait.

R ij Exulta

PSALTERIVM.

Exultauit cor meum in domino, et exaltatum est cornu meum in deo meo.
Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutari tuo.

Non est sanctus ut est dominus, neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriates. Recedat uerba de ore uestro, quia deus scientiarum dominus est, et ipsi preparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, et infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius pro panibus se locauerunt, te famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos, et quae multos habebat filios infirmata est.

Dominus mortificat et uiuificat, deducit ad inferos et reducit.

Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublimat.

Suscitat de puluere cecum, et de stercore erigit pauperem.

Vt sedeat cum principibus, et solium gloriae teneat.

Domini enim sunt cardines terrae, et posuit super

PSALTERIVM.

super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruat, et impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur uir.

Dominum formidabunt aduersarij eius, et super ipsos in caelis tonabit.

Dominus iudicabit fines terrae, et dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui.

Canticum Isaie, Esa. XII.

Et dices in die illa.

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus et consolatus es me.

Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam et non timebo.

Quia fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, et dicetis in illa die, Confitemini domino et inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinventiones eius, mentote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino quoniam magnifice fecit, annunciate hoc in uniuersa terra.

Exulta et lauda habitatio Sion, quia magnus

R iij in me

PSALTERIUM.

in medio tui sanctus Israel.
Canticum Ezechie, Esa. XXXVIII.
Scriptura Ezechie regis Iuda, postquam
egrotasset et conuallisset de in-
firmitate sua.

Ego dixi in dimidio dierum meorum ut
dam ad portas inferi.

Quasiui residuum annorum meorum.
Dixi, non uidebo dominum deum in terra ui-
uentium.

Non aspiciam hominem ultra, & habitato-
rem quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est a
me, quasi tabernacula pastorum.

Præcisâ est uelut à texente uita mea, dum ad
huc ordire succidit me, de mane usq; ad
uesperam finies me.

Sperabam usq; ad mane, quasi leo sic contriuit
omnia ossa mea.

De mane usq; ad uesperam finies me, sicut pul-
lus hirundinis sic clamabo, meditabor ut
columba.

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in ex-
celsum.

Domine uim patior, responde pro me, quid di-
cam aut quid respondebit mihi cum ipse se-
cerint?

Recogita-

PSALTERIUM.

Recogitabo tibi omnes annos meos, in amari-
tudine anime mee.

Domine si sic uiuitur, & in talibus uita spiri-
tus mei, corripies me, et uiuificabis me, ecce
in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisi animam meam ut non periret,
proiecisti post tergum tuum omnia peccata
mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors
laudabit te, non expectabunt qui descen-
dunt in lacum ueritatem tuam.

Uiuens uiuens ipse confitebitur tibi, sicut &
ego hodie, pater filijs notam faciet uerita-
tem tuam.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros can-
tabimus cunctis diebus uite nostre in domo
domini.

Canticum Abacuc, Aba. III.

Oratio Abacuc Prophete pro
ignorantijs.

Domine audiui auditionem tuam, & ti-
mui.

Domine opus tuum, in medio annorum
uiuifica illud.

In medio annorum notum facies, cum iratus fu-
eris misericordia recordaberis.

R iij Deus

PSALTERIUM.

Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharan.

Operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius.

Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors.

Egredietur diabolus ante pedes eius, stetit & mensus est terram.

Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi.

Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus eternitatis eius.

Pro iniquitate uidi tentoria Aethiopiae, turba buntur pelles terrae Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua?

Qui ascendis super equos tuos, & quadrigae tuae saluatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quae locutus es.

Fluuios scindes terrae, uiderunt te & doluerunt montes, gurges aquarum transijt.

Dedit abyssus uocem suam, altitudo manus suas leuauit.

Sol

PSALTERIUM.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tuae.

In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupescies gentes.

Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamenta eius usque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, uenientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

Audiui & conturbatus est uenter meus, a uoce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in osibus meis, & subter me sateat.

Vt requiescam in die tribulationis, et ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis.

Mentietur opus oliuae, & arua non afferent cibum.

Abscindetur de ouili pecus, & non erit aramentum in praescipibus.

Ego

PSALTERIUM.

Ego autem in domino gaudebo, & exultabo
in deo Iesu meo.

Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes
meos quasi ceruorum.

Et super excelsa mea deducet me uictor, in
Psalmis canentem.

Canticum trium Puerorum,
Daniel. III.

Tunc hi tres, quasi ex uno ore lauda-
bant & glorificabant & benedi-
cebant deum, in fornace, di-
centes.

Benedicite omnia opera domini domino,
laudate & superexaltate cum in se-
cula.

Benedicite angeli domini domino, Benedicite
caeli domino.

Benedicite aqua omnes quae super caelos sunt
domino, benedicite omnes uirtutes domini
domino.

Benedicite sol & luna domino, benedicite stel-
lae caeli domino.

Benedicite omnis imber & ros domino, bene-
dicite omnis spiritus dei domino.

Benedicite ignis & aestus domino, benedicite
frigus & aestas domino, Bene-

PSALTERIUM.

Benedicite rores & pruina domino, benedi-
cite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies & niues domino, benedi-
cite noctes & dies domino,

Benedicite lux & tenebrae domino, benedicite
fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dominum, laudet & superex-
altet eum in secula.

Benedicite montes & colles domino, benedi-
cite uniuersa germinantia in terra domi-
no.

Benedicite fontes domino, benedicite maria &
flumina domino.

Benedicite cete & omnia quae mouentur in
aquis domino, benedicite omnes uolucres
caeli domino.

Benedicite omnes bestiae & pecora domino,
benedicite filij hominum domino.

Benedicat Israel dominum, laudet & superex-
altet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino, benedi-
cite serui domini domino.

Benedicite spiritus & anima iustorum domi-
no, benedicite sancti & humiles corde do-
mino.

Benedi-

PSALTERIUM.

Benedicite Anania, Azaria, Misabel domi-
no, laudate & superexaltate eum cum secula.
Benedicamus patrem et filium cum sancto spi-
ritu, laudemus & superexaltemus eum in
secula.

Benedictus es domine in firmamento caeli, lau-
dabilis & gloriosus & superexaltatus in
secula.

Luce .I.

Canticum Mariae uirginis.

Et ait Maria,

Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit spiritus meus, in deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancilla sua, ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes gene-
rationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, &
sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies
timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit su-
perbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit hu-
miles.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit
inanes.

Suscipit

PSALTERIUM.

Suscipit Israel puerum suum, recordatus mi-
sericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahami
& semini eius in secula.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, et
in secula seculorum Amen.

Canticum Zachariae Lucae, I.

Et Zacharias pater Ioannis repletus
est spiritu sancto, & Pro-
phetauit dicens.

Benedictus dominus deus Israel, quia ui-
sitauit, & fecit redemptionem plebis
suae.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo David
pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a se-
culo sunt Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu om-
nium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus
nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham pa-
trem nostrum, daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostro-
rum li-

PSALTERIUM.

rum liberati seruiamus illi.

In sanctitate & iusticia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, praeibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissione peccatorum eorum.

Per uiscera misericordiae dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, et in secula seculorum Amen.

Canticum Simeonis.

Luca, II.

Simeon accepit puerum Iesum in ulnas suas, et benedixit deum & dixit.

Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace.
Quia uiderunt oculi mei, salutare tuum
Quod parasti, ante faciem omnium populorum.
Lumen

PSALTERIUM.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.

Gloria patri & filio, & spiri.

Sicut erat in principio, & nunc.

Canticum sanctorum Ambrosij
& Augustini.

Te deum laudamus, te dominum confitemur.

Te aeternum patrem, omnis terra ueneratur.

Tibi omnes angeli, tibi caeli & uniuersae potestates.

Tibi Cherubin & Seraphim, incessabili uoce proclamant.

Sauctus, Sanctus, Sanctus dominus deus sabaoth.

Pleni sunt caeli et terra, maiestatis gloriae tuae.

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus, laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur ecclesia.

Patrem immense maiestatis.

Venerandum tuum uerum, & unicum filium.

Sanctum

PSALTERIUM.

Sanctum quoq; paraclētum spiritum.
 Tu rex gloriae Christe.
 Tu patris sempiternus es filius.
 Tu ad liberandum suscepturus hominem, non
 horruisti uirginis uterum.
 Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti creden-
 tibus regna caelorum.
 Tu ad dexteram dei sedes, in gloria patris.
 Iudex crederis esse uenturus.
 Te ergo quaesumus tuis famulis subueni, quos
 precioso sanguine redemisti.
 Aeterna fac cū sanctis tuis gloria munerari.
 Saluum fac populum tuum domine, & be-
 nedic hereditati tuae.
 Et rege eos, & extolle illos usq; in aeternum.
 Per singulos dies benedicimus te.
 Et laudamus nomen tuum in seculum, & in
 seculum seculi.
 Dignare domine die isto, sine peccato nos
 custodire.
 Miserere nostri domine, miserere nostri.
 Fiat misericordia tua domine super nos, quae
 admodum sperauimus in te.
 In te domine speraui non confundar in aeter-
 num.

Simbolant

PSALTERIUM.

Symbolum Athanasij
 Episcopi.

Symbolum Atha-
 nasy Episcopi.

Quicumq; uult saluus esse, ante omnia
 opus est, ut teneat Catholicam
 fidem.

Quam nisi quisque integram inuiolatamq;
 seruauerit, absq; dubio in aeternum per-
 ibit.

Fides autem Catholica haec est, ut unum de-
 um in trinitate & trinitatem in unitate
 ueneremur.

fides Catho-
 lica quae

Neq; confundentes personas, neque substan-
 tiam separantes.

Alia est enim persona patris, alia filij, alia
 spiritus sancti.

Sed patris & filij & spiritus sancti una est
 diuinitas, aequalis gloria, coeterna maie-
 stas.

Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus.
 Increatus pater increatus filius, increatus
 spiritus sanctus.

Immensus pater, immensus filius, immensus spi-
 ritus sanctus.

Aeternus pater, aeternus filius, aeternus spi-
 ritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus.

S

Sicut

PSALTERIVM.

Sicut non tres increati nec tres immensi, sed unus increatus & unus immensus.
 Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus.
 Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.
Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus
Et tamen non tres dii, sed unus est deus.
 Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus.
 Et tamen non tres domini, sed unus est dominus
 Quia sicut singillatim unamquamque personam deum aut dominum confiteri, Christiana ueritate compellimur.
 Ita tres deos aut dominos dicere, Catholica religione prohibemur.
 Pater a nullo est factus, nec creatus nec genitus.
 Filius a patre solo est, non factus nec creatus sed genitus.
 Spiritus sanctus a patre & filio, non factus nec creatus nec genitus sed procedens.
 Unus ergo pater non tres patres, unus filius non tres filij, unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti.
 Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus. Sed

PSALTERIVM.

Sed totae tres personae, coeternae sibi sunt & coequales.
 Ita ut per omnia, sicut iam supradictum est, & trinitas in unitate, & unitas in trinitate ueneranda sit.
 Qui uult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat.
 Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat.
Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus dei filius deus & homo est.
 Deus est ex substantia patris ante saecula genitus, et homo ex substantia matris in saeculo natus.
 Perfectus deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.
 Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.
 Qui licet deus sit & homo, non duo tamen sed unus est Christus.
 Unus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in deum.
 Unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae.

Veri
 fructus
 recta

PSALTERIV A.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est
homo, ita deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad
inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram dei pa-
tris omnipotentis.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Ad cuius aduentum, omnes homines resurgere
habent cum corporibus suis.

Et reddituri sunt, de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam aeternam,
qui uero mala in ignem aeternum.

Haec est fides Catholica, quam nisi quisq; fide-
liter firmiterq; crediderit saluus esse non
poterit.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & sem.

Psalmus inuitans nos ad laudandū
deum, ne contempto eius uer-
bo, pereamus nostra infi-
delitate, ut olim Iudci
in deserto.

Secundum

PSALTERIV M.

secundum aliam translationem, qua solitus
est cantari in ecclesijs.

Venite exultemus domino, iubilemus
deo salutari nostro, praecuramus
faciem eius in confessione, et in psal-
mis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dominus & rex ma-
gnus super omnes deos, quoniam non repel-
let dominus plebem suam, quia in manu eius
sunt omnes fines terrae, & altitudines mon-
tium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud,
& aridam fundauerunt manus eius, uenite
adoremus & proci damus ante deum, plo-
remus coram domino qui fecit nos, quia
ipse est dominus deus noster nos, autem po-
pulus eius & oves pascuae eius.

Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdu-
rare corda uestra, sicut in exacerbatione
secundum diem tentationis in deserto, ubi
tentauerunt me patres uestri, probaue-
runt & uiderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi
huic, & dixi semper, hij errant corde, ipsi

S iij uctq

PSALTERIUM.

uero non cognouerunt uias meas, quibus
iuravi in ira mea, si introibunt in requi-
em meam.


Gloria patri & filio, et spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, et
in secula seculorum AMEN.

EXCVSVM VVITTEMBER.

Apud Iohannem Lufft anno
domini MD, XXIX.





psal. 30: Ich aber hoffe auff dich, und spreche. Du
bist mein Gott,
meiner zeit steht in deiner Handen.
Lass nicht dein andtlich vber deinem
Pnecht, Hilf mir diers deins gütts.
Herr lass mich nicht zu Schanden werden,
den ich hoffe dich an. C

psal. 26: Ich wasche meine Hände mit waschöl
und faher mich der zu deinem altar
Da man hoch die himmel des Jungfrou und
In dem predigt alle deine wunden.
Herr ich hab dich lobt die dich lobt
und den ort da deine ehre wohnt.
Raffe meine seel nicht hin mit den Dämonen
noch mein leben mit den blutdürstigen.

cl. 27: Hoffe nicht von dem Herren das er dir
gutes. Das er im hause des Herren bleiben mag
mein leben lang zu schanden die Hören gütts
dienst des Herren, und seinen Tempel zu besuch
er höre meine stimme, eren ich ruffe, sei mir
genedig und erhöre mich
mein hertz lobt dir für dein wort. Du sehest mein
andlich, schenck. Du kennst mich nicht für dein
andlich.
schick dich an dich nicht für mich, und verpöffe
nicht im zorn deinen Pnecht. C
Gutes des Herren sey getrost und uniozagt, und
Gutes des Herren.

psal. 21: Gütts des Herren sey getrost und uniozagt, alle die
des Herren Gutes.

psal. 26: Circunda dōm tuam domine & spera in eo
& ipse faciet Befehle dem Herren deins lob
und hoffe auff ihn. Er wird hoch werden.

psal. 124: Facta super votum curam tuam. & ipse in
pnecht. & nō fahit in aeternū. flichter.
nōnā iūste. Hoffe dich anliegen auff
den Herren. Er wird dich verpöffen, & d. wird
den gerechten nicht verpöffen in uniozagt.

psal. 27: Expecta dōm uirilitate age, & conforto
cor tuum, & fūctore dominum.
Gutes des Herren, sey getrost und uniozagt
und Gutes des Herren.

